PRIMA PARS GRAMMATICAE


Ioannis Despauterij Niniuitæ, diligentius ab Ascentio recognita & impressa: in qua nominum significata, aut in formatione genitiui, aut in heteroclisi fere explicantur.

Additus est præterea index, dictiones in hoc opere insertas abūde cōplectēs.

Adnotamentis quæ huic primæ parti grammaticæ Despauterij nuperrime accesserunt, hanc notā ✳ præpositam uidebis.

LVGDVNI,

M. D. XXXVI.



¶ Joannis Despauterii Niniuite in primam grammatice sue partem prefatio ad excellentem pontificii iuris doctorem. M. Balduinum Braetz optimi maximi dei nostri sacerdotem vite probitate insignem.



Ost lingue latine a Gotthis reliquisqȝ barbaris misera' aliter laniate: ac propemodū extincte: per neotericos instaurationē a diuino numine prestitā Alexādri doctrinale doctissimo cuiqȝ visum est puerorū lectione indignū: vt pote nimis tenebrosum: citra vtilitatē prelongū: plerūqȝ etiam barbarū: sufficiēs: et falsuȝ: Quocirca vt Alexander vndiqȝ exularet: ceperūt plerisqȝ grāmaticam latiniorē vteriorēqȝ scribere In Italia quidē Nicolaus Perottus Joānes Sulpiti⁹/ Antoni⁹ Mācinellus/ Ald⁹/ Manuti⁹. In Gallia Guilielm⁹/ Tardiu⁹/ Robert⁹ Guaguinus/ Jdocus Badius de lingua latina bene meritus. In hispania doctissimus hispanorū Antonius Nebrissensis In Germania Henricus Bebelius cū Jacobo henrichmanno. Itē preceptor meus literatissimus Gerard⁹ Cānificus eloquētissimus /sacre theologie baccalaureus/ nūc archididascalus Buscoducē .. Scripserūt et plures: quos nimis longum foret enumerare. Plerique videntes difficilimum fore Alexandri exiliū: tot barbaris cōtra nitentibus non noua quidē cuderūt: sed Alexādrinos versus: si qui falsi occurrebant, emendarūt: superfluos resecādo: inter quos principatū tenent Hermannus Torrētinus Hollandus/ ⁊ Joānes Custos Brechtanus olim preceptor meus nunc iuuētutis Antuerpiane moderator prudentissimus. Itaqȝ tot iam de arte grammatica volumina in lucem prodiere: vt nullis ferme in literarijs ludis ijdem authores legantur. non sine maximo adulescentulorū damno: qui ad scholam aliam quoties mittuntur: priora frustra didicisse censetur omnia: nec erit rei tam perniciose finis vlla: donec vnus reliquis preferatur: hic quis erit: nouit deus. Post tantam igitur scriptorū copiam: operepretium facturum me credidi: si et ipse grammatice precepta literis mandarem. Ergo Syntaxi et sticheologia editis primam grammatice partem publicare decreueram: composi tu (vt credunt) facilimam. Quis enim vel grammaticulus vel magistellus nō se optime (si velit) hanc partem exequi posse arbitratur? Uerum enimvero tale est hui⁹ partis elucubramentum: vt sibi quiuis speret idem: sudet multum frustraqȝ laboret /ausus idem. Quantum putas elaborandum fuisse: vt in generibus: ⁊ declinationibus aliorū labyrinthos euitarem? Nempe ferme omnes pueris ignotissimas proposuerunt ambages: vt pote per es breue: es longum ⁊c. Etenim si Alexandrū roges: trames qui faciat genitiuum casum tramitis inquiet: quia est masculinuȝ in es breue. Cur masculinum? Quia in es breue desinit. Non intelligo mi Alexander quenam nomina in es breue; que in es longum/ desinant. Oro igitur/ edissere mihi. Cur trames in es breue desinit? Quia nomen in es desinens cuius genitiuus itis/ penultima breui efficit corripit es. Audisti ne nobilem grammatistam oppido, quam probe pueros eludentem? Eiusmodi sunt plurimi quum apud Priscianum: tum apud Alexandrum: ⁊ reliquos pene omnes preter Phocam: ⁊ qui illum imitatur. Nebrissensem fedi ignorantie circuli: quos nostris in libellis nullos conspicies. In heteroclitis haud parum laborauimus/ non propter Alexandrum modo verumetiam propter alios quosdaȝ minime proletarios: qui multa non heteroclita inter heteroclita reiecerunt. In preteritis ⁊ supinis magnum mihi negociuȝ secunda coniugatio exhibuit: dum per terminationes deo: geo: queo ⁊c. ac per quātitates pueris ignotas nolim procedere: ⁊ dum in omnibus dictionibus studui vt eadeȝ ferme carmina darentur de supinis: que de preteritis. Jd to[...]m per dei gratiam confecimus. In reliquis diligentiam nostram lector facile deprehendet. Quare ne vani Suffeni more: mea plus equo admirari censear: sat est paupillula dixisse. Si cui nimis longum hoc opus videatur. oro: vt diligenter cōsideret seclusis dictionum declarationibus quam succincte concluserim omnia: ⁊ in neotericis hoc opere breuius nullum inueniet. Etenim carmen nostrum: etiam licet annum[...] versus de quantitate genitiui in versificatoria positos: breuius est Alexan[dri]no car=

mine quantum ad primam grammatice partem attinet versibus quadringentis: et amplius citra obscuritatem: nulla regula pueris necessaria omissa: vt diligenter omnia persecutanti facile liquebit. In glossematis multa posui non vt omnes omnia ediscant: verum vt pro suo quisq; captu nostro e fonte hauriat. Ideo bonus preceptor animam imitari studebit: que alimenta ad quasq; corporis partes dirigit: dans cuiq; quantum necessarium est: sic et preceptor faciat: q2 vt Horatius ait. Omne superuacuū pleno de pectore manat. Quapropter sat erit obtusioribus: literam vel (vt vulgus dicit) textum cum sententiola et duobus tribusve exemplis memoria tenuisse. Ceteri quibus fortunatius ingenium contingit reliqua ediscent: alij alijs plura pro suo quisq; captu: quod totum preceptoris prudentie committimus. Hec non caute satis considerantes plurimi hallucinantur. Nam quidam paucissimis preceptiunculis neq; adeo difficilibus grammaticā absoluentes hebetioribus consulunt: ingeniosis minime satisfacientes. alij ne quid triuialiter effutire dicantur: tenebris literaturam inuoluunt: vt obtusiores aut nihil aut minimū fructus inde consequantur. Ego autem (absit verbo inuidia) ita hanc rem temperaui: vt nec obtusus: nec ingeniosus: iure possit conqueri. Ceterum vtcunq; fecerim: scio nō de- esse Esopicos canes: quibus nec bene agere animus est: nec sinere alios recte facere. stimulante illos inuidia. cuius mores nimirum sunt teste Martiale, preferat antiquos semper vt illa nouis, Huic tacitus concinit in libello de oratore dicens. Vitio malignitatis humane vetera semper in laude: presentia in fastidio sunt. In doctiomnes queruntur: vt in epistola ad Augustū pulchre docet Horatius. et Hieronymus ille sanctissimus sepe tulit egerrime: dum in singulis fere libris cogebatur aduersarijs respondere: conquerens et dolens vicem miserandorum hominum qui turbulento riuo q̃ de purissimo fonte potare malunt. Ita et nunc sunt qui malunt Alexandri oleta: quam doctissimorum vnguenta odorari. Paruiestimabātur Vergilius ceteriq; suo tempore: vnde martialis ait. Ennius est lectus saluo tibi roma Marone. Et sua riserunt secula Meoniden. Ob hec facile crediderim inuidos superstite Cerere palam semper glandibus victitasse: ne Ceteris iuuentum laudare videntur: eosdem clanculum panem comesse opinor: vti diuus Hieronymus plerosq; ait in publico detrahere: et legere in angulis: vt Horatij liuidus ille: laudat amatq; domi: premit extra limen iniquus. Quocirca inuidiam flocci facio. et cum Martiale. Si post facta venit gloria: non propero: tametsi non tam gloriam venari q̃ posteris p̄desse cupio: vt pro me miserrimo peccatore roget. Sat itaq; habeo: si candidis et doctis placeo: tibiq; in primis excellentissime doctor. cui hoc opus nuncupo: non vt ad grammatice elementa reuocem: sed vt operi meo defensorē et patronum patrem: nisi esse recuses. Videbor cuiq; forte rem facere indignam: qui opus tam vile: vtpote de primis grammatice elementis: tanto doctori ausus dedicare: contra quem exemplis me tuebor. Neq; enim Agretius opusculū suum. Encheriso episcopo: nec Antonius Nebrissensis. Isabele Hispaniarum regine: nec plerīq; alij suam literaturam summis viris dedicare veriti sunt. quandoquidē longe prestantior est grammatica quam vulgus imperitum credit. Ideo tuam dignitatem obnixe oro: vt hoc opus tuo nuncupatū nomini hilariter excipere digneris. Vale amicissime et peritissime doctor. Ex ergis apud diuum Guinicum decimoseptimo. Kalendas Septembres. Anno domini sesquimillesio duodecimo. Imprimebat autem Badius ad decimum Kalendas martias. Anno supputatione Romana.

M. D. xviij.

¶ Index alphabeticus dictionum in hoc opere contentarum Incipit.



Tabula alphabetica.

Tabula alphabetica

Tabula alphabetica:

Tabula Alphabetica.

Tabula Alphabetica.

Regestum huius operis

Aa a b c d e f g h i k l. Omnes sunt quaterni preter Aa qui est quinternus



Grammatice Despauteriane Liber primus.

De nominum generibus.

Regule generales.



Omne viro soli quod conuenit esto virile.
Omne viri specie pictum vir dicitur esse.

Omne nomen soli viro datũ/est masculini generis.vt Joannes/Gabriel/Juppiter/Papa.Vir hic dr esse:quicqd vt vir pingitur:veluti/Adã/Deus/angelus.Exẽpla huius regule sunt quintuplicia. Primo ꝓpria nomina viroꝝ.vt Seneca/hercules/catilina/hannibal. Secũdo propria nomina angelorumtam bonorũ.vt Gabriel/Uriel/Michael:q̃mmaloꝝ vt Lucifer.Beelzebub.At sathanas appellatiuũ est:vt Cherub.ꝛ Seraph masculina:quoꝝ pluralia siue in m:siue in n/literam desinant:cherubin ꝛ seraphin dubij generis sunt:qꝛ masculini vł neutri gñis.vt beata cherubin ꝛ seraphin.De his habete:Masculei aut neutri generis cherubin seraphin sunt.Domitiano:virtus:potestas.feminini generis sunt:quia non angelorum vocabula sunt:sed potius chororum vel ordinum.

Tertio propria deorum:quoruz imagines Idola dicuntur:penultima longa:vt Mars deus belli.Cupido deus libidinis:Uulcanus deus ignis:sic Juppiter.Bacchus.Eolus.Pluto.Neptunus ꝛc. Quarto propria ventoꝝ:qꝛ pinguntur specie virili:vt Boreas vel aquilo/aphricus/notus/eurus/zephirus/cecias/apeliotes/libs/tesias/iapix. Quinto appellatiua solis viris data sub terminatione quam habent:vt Nauta presbyter/tulio/scriba/scurra ꝛc.Notanduz idẽ nomẽ q̃nq3 esse propriũ ꝛ appellatiuũ.sub vario plerũq3 genere.naz Juba regis Mauroꝝ propriũ masculinũ est.Juba ꝓ crine in collo equi:aut leonis femininũ.sic felix/clemens ꝛc.

Genera tribus modis noscunł.Significatione:vt Joannes est mascu.gñis:quia marem significat.Terminatiõe:vt vulpes feminini generis:quia terminatur in es Authoritate.vt talpa aliquando est masculini generis:qꝛ Uer.dixit.Talpe oculis capti. Puerilis est ratio.Petrus est masculini generis:quia preponił ei hic.Nã cur ei preponił.Nonne qꝛ est masculinum:Uides ne ignorantie circulum:dic ergo Petrus est masculinum:qꝛ est proprium nomẽ viri ꝛc.Talpa est dubium:quia in diuerso genere reperitur non propter sexus discretionem.

* Uir hic quid dicił esse.
* Nomina ventoꝝ
Juba.
* Gña tribus modis noscuntur.

Esto femineum recipit: quod femina tantum.
Femina dicatur facie pictum muliebri.

Omne nomen soli femine datum:est feminini gñis.Femina hic dicił quicq̃d specie muliebri pingitur: vt dea/nympha/furia ꝛc.veluti venus/echo/alecto ꝛc.Exẽpla huius regule sunt triplicia. Primo ꝓpria mulierũ:vt paula/glycerũ/eustochium/missis thais/dido tanaquil ꝛc. Secũdo propria dearũ ꝛ nympharũ atq3 furiarum ꝛc.que omnes dee aliquando dicuntur vt rhea/mater deorum ꝛ saturni vxor eadem est ops cybele ꝛ tellus.Uenus dea amoris.Proserpina regina inferni:vxor:scilicet plutonis.Persephone idem.Diana vel Phebe:id est luna.Alecto vna furiarum.Celeno vna harpyarum.Ceres dea frugum ꝛ ipsum frumentum atq3 ei bus:quia regula est.Nomina deoꝝ ꝛ dearum sepe capiuntur pro rebus quibus pre esse credebanł:vt Bacchus pro vino.Uenus pro amore.Uulcanus.pro igne.Mars pro bello.Minerua ꝓ sapientia.Nereus pro mari.Telluz pro terra.Lar ꝓ domo.Terminus pro limite aut pallo:nec ob hoc variant genus.Terentius.Sine cerere ꝛ baccho friget venus:Pales est pabuli dea aliquando deus vocatur.vt venus te stes sunt Macrobuis ꝛ Seruius.Uergi.de venere.Descendo ac ducente deo flammam inter ꝛ hostes expedior. Tertio feminini generis sunt per hanc regulaz appellatiua solis femininis data:vt soror/vxor/saga:id est incantatrix:obstetrix:que preest parientibus.

Rhea.
Ops
Cybelle.
Uenus
Proserpina.
Persephone.
Diana.
Phebe.
Alecto.
Celeno.
Ceres.
Bacchus.
Minerua.
Nereus.
Tellus.
Lar.
Terminus.
Pales.
Saga.
Obstetrix.

Quicquid vtriq3 datur:commune locatur vt exul.

Exul. Auriga. idolatria Homicida Macedo

¶ Omne nomen sub vna terminatione viro et femine datũ est communis generis vt exul qui vel que exulat. auriga q̃ vel q̃ currũ agit. Idololatria qui vl'que falsos deos adorat. Homicida qui vel que hominem occidit. Macedo qui vel que in macedonia nascitur. sic saxo/ brito/frizo/laurens ⁊c. sed melius dicim⁹ frisius frisia. Dixi sub vna terminatione: quia vbi diuerse sunt terminationes: diuersa sunt genera vt hic gallus hec galla. hic poeta l; ec poetis vel poetria. de hoc ponet̃ vna regula. ¶ Mancipium et scortũ neutri generis sunt per sequentem regulam. Passer ⁊ aquila et similia communis generis nõ sunt: sed epiceni: quia sub vnico articulo vtrunq; sexum significant. de hoc etiam ponetur vna regula.

Um neutrum pones: hominum si propria tolles.

Mãcipiũ. Scortum: Mechaliũ Plẽmiriũ. Caphar naum. Viburnuz Hostoriũ. Sagum. Naulum Lorum. Lutum. Luthum. Prostibu lum. Stabuluz Vestibulũ.

¶ Omne nomen in um est neutri generis: nisi fuerit viri aut femine ꝓpriũ vt Mãcipium. i. seruus vel serua. scortũ. i. meretrix vel puer meritorius. mechaliũ. i. meretricula. Plemmirium et rhenum fluuiorum nomina. dicitur etiaz hic Rhenus. Assipulatur mihi in hac regula doctissimus amicus meus Jodocus Badius cũ grammatico vndecũq; doctissimo. Antonio Mancinello. Ponit candẽ regulam Calepin⁹ in dictione Abrotenion. Sunt qui reclament. sed ostendant. Plemmirium aliquando masculine legi; ncc me latet Plemmirũ vndosum posse defendi quia neutrum illis mcu vid. tur intelligi. mihi tamen placet hec regula. Sãdanũ/Lonanium/capharnaum et similia oppidorũ propria. habenũ balsamũ pomũ liburnũ viburnũ buxum et quecũq; siue arborũ siue fructicũ nomina in um desinentia. Hostoriuz lignũ quo modius equatur. Sagũ villosus pãnus: aut vestis militaris: sagatus sago indut⁹ Sagarius sagoꝝ venditor. Naulũ nauigãdi premiũ. Loꝝ quinis funis ⁊ habena lorare: loramentũ: ligamen. lorarius q̃ homines ligat. lutũ. i. cenũ luteus de luto factus. lutosus. luto plenus. Luthum cũ aspiratione pallẽs rubor. luthcus. i. croceus Prostibulum domus meretricis: ⁊ ipsa meretrix. Hierony. Prostibula regnum dei non possidebunt: ꝓstibula meretrix. Stabuluz vbi pecora stant. aut vbi hoies sese reficiũt. i. diuersoriũ. vestibulũ locus ante domum vbi hoies expectant donec intromittant̃. Dixi nisi fuerit viri aut femine ꝓpriũ q: propriũ viri in um est masculini generi vt plegnũ Dinaciũ. propriũ femine est feminini gñis vt philenium.

Adiectiua trium generum communia sumpto.

✶ Mile substãtiuũ vnico l scriptum cui⁹ sis generis

¶ Omne nomẽ adiectiuũ est omnis generis si vnica sit termĩatio. vt felix/audax/discors/quatuor/ quinq; sex ⁊c. centũ mille: dicimus enim centũ viri: centum femine cẽtũ poma: sic mille viri ⁊c. Mile tamen aliquando est substãtiuũ singularis numeri cuius plurale est milia. vt mile equitũ occisuz est: duo milia turcarũ interierũt. ⁊ ita vnico l scribit̃ teste Placẽtino. de hoc dicere plura nolo: q: l Syntaxi plene enucleaui. Dixi si vnica terminatio: quia alicuicuiq; terminationi propriũ genus datur. vt bon⁹ ẽ masculini generis: bona feminini: bonum neutri. sic vnus vna vnum Duo est masculini ⁊ neutri generis: due feminini. tres est communis generis. tria neutrius. Propter hãc rem datur vna regula generalis.

Esto genus varium fuerit nisi terminus idem.

Caupo. Caupona. Scariothes.

¶ In substantiuis virũ et feminam significantibus et in adiectiuis. si terminatiões sint diuerse: distincta dantur genera. vt caupo vini ⁊ epularũ venditor. hec caupona que id facit mulier: ⁊ ipsa taberna. hic ⁊ hec melior ⁊ hoc melius. hic surd⁹. hec surda hoc surdum sed multi detrahunt adiectiuis secunde declinationis articulos ¶ Nunc declaremus omnia latins. ¶ In substãtiuis sexum denotantib⁹ vbi due sunt terminatiões prior est masculini gñis ⁊ posterior feminini: vt hic niniuita: sunamita: israelita: leuita: aaronita: ebionita: zedomita: nicolaita: scariota tesbita moabita: ammonita: thecuita: galatha: epirotha: sarmata: scyta: ⁊ alia eiusmodi ꝓpe infinita q̃ gentem aut pplm aut familiã aut imitatorẽ significãt: ⁊ grece ꝑ maribus terminant̃ in es: vt niniuites sunamites ⁊c. Hec sub a vel es soluz sunt masc. gñis vt cõtra indoctos ꝓbat doctissimus grãmatic⁹ Antoni⁹ Nebrissen. vt Judas scariothes. q̃ vitio librarioꝝ scariothis scriptũ legit̃ sic helias: tesbites ñ nõ tesbitis. Horum feminina in is desinũt ⁊ faciũt in gtõ idis. vt hec niniuitis idis. sunamitis. ⁊c. vt lib. iiij. reg. Abisai sunamitis ministrabat ei. leges vitio scriptorũ sunamitem ꝑ sunamitidem: israelite pro israelitide: thecuites pro thecuitis ⁊c. Aliquãdo

tamen recte vt.iij.regum ca.xj. Rex Salomon adamauit moabitidas & ammonitidas. Hic propheta vel es. hec prophetis vel prophetissa: vt delbora prophetis licet multi libri mendose habeant prophetes. pro eo quod est prophetis idis. Hic poeta vel poetes hec poetis vel poetria. vt Sapho poetis: ars non poetria: sed poetica dr: hic origenista imitator Origenis hec origenistis ita de oibus noibus in ja, masculini que grece in es terminantur: dicendum puto vt sexus significetur. sambucista vel es .canens sambuca. psalta vel psaltes canens aut ludens aliquo istrumento musico. cytharistes. i. cytharedus. cymbalista vel es: utens cymbalo. tympanista vel es: ludens tympano. horum feminina sunt sambucistria, psaltria cytharistria cymbalistria tympanistria.

¶ pergamus ad alia. hic teucer hec teucra. i. troianus troiana. sed eiusmodi nola phat esse adiectiua. vt apher aphra aphrum: veluti bellum troianum &c. sic gallus galla. teutonus teutona. hic cres hec cressa: hic lacon: hec lacona: astur asturia: & alia multa suo loco declaranda: ideo nunc supersedeo. ¶ Adiectiua secunde declinationis oia tribus vocibus flectuntur: quorum secunda est prime declinationis: vt bonus bona bonum, niger nigra nigrum. satur satura saturum. Talia sunt omnia participia preteriti & futuri temporis: vt lectus lecturus legendus. Talia quoque sunt numeralia tm. pluralia ex centum creata: ducenti trecenti. Item vnus vllus &c. pronoia meus tuus &c. quibus oibus negantur articuli: cum ego tu sui & oibus indeclinabilibus preter nostras & vestras: teste Lanciloto. ¶ Adiectiua tertie declinationis plurima sub vnica terminatione omnis generis sunt: vt arpinas clemens felix: multa, etiam duas terminationes hnt. vt hic & hec melior et hoc melius: sic cetera coparatiua. hic et hec fortis & hec forte: sic omnia adiectiua in is. Et in istis prior vox est communis generis: posterior neutri. Pauca sunt adiectiua in er. masculini generis: in is feminini: in e neutri. vt campester campestris campestre. i. ad campum pertinens. Volucer volucris volucre. i. velox aut volans. Hec volucris substantiue quicquid volat. Alacer cris, cre. i. gestule titiam indicans: dicimus etiam hic et hec alacris & hoc alacre. Parmeno Terentianus ad cheream. Quid ne es alacris? Verg. in. v. de Darhete. Ergo alacris cunctosque putans excedere pugna Enec stetit ante pedes. In hunc locum Seruius ait. Nusquam vergilius dixit alacer quamuis dicat acer: sed falli videtur Seruius nisi mendosi sint libri quos vidi. Idem eneid. xij. Talis equos alacer media inter prelia Turnus. ¶ Acer acris acre. i. fortis & vehemens: acrimonia vehementia. Oui. Acer & ad palme per se cursurus honores. Si tamen horteris fortius ibit equus. lectum est hic & hec acris & hoc acre. Ennius: teste Prisciano Acris sopnus dixit.

¶ Pedester stris. stre. i. pertinens ad pedites: vt pedester exercitus. Etiam significat humile non altum: vt pedester sermo: pedestris oratio. Equester stris. stre. i. ad equites pertinens. vt equester exercitus: equestre certamen. ¶ Siluester stris. stre. ad syluam pertinens. Celeber bris. bre. i. nobilis late famatus: & frequens. vt celeber homo: celeber locus: ad quem multi veniunt: dicitur hic et hec celebris & hoc celebre. Cice. in. ij. ad Herennium apud Priscianum lib. iij. Locus queritur celebris: an desertus. Contra Ouid. celeber dixit in . iij. fasto. Circus erat pompa celeber numeroque deorum. Celer eris. re. i. velox. Celero as. celeriter facio. accelero idem Vergilius. Tum celerare fugam patriaque excedere suadet. ¶ Saluber bris. bre. sanitatem afferens quam qui habet sanus dr. insaluber non saluber. dr etiam hic et hec salubris & hoc salubre. Plinius. Belus annis insalubris potuit. sed ceremoniis sacer. ¶ Paluster ad paludem pertinens vel paludem incolens. vt paluster locus. canna palustris.

¶ Mediocer cris. cre. teste Phoca. i. medio modo se habens. sed melius declinatur hic et hec mediocris & hoc mediocre. Cice. Mediocris orator. Horatius mediocris actor causarum dixit. ¶ Sequester stris. stre. i. medians inter litigantes. hinc sequestro as. i. separo. Inuentum est sequester stra. strum. Verg. namque in. xj. pace sequestra dixit. & Plautus. Fugio sequestrum. Priscianus adiicit his Ludicer cris. cre. sed male teste Valla: quia semper inuenimus ludicer: aut (vt Perottus ait) ludicrus cra. crum. i. ad ludum pertinens. Plautus. Meum cor cepit artem facere ludicram. Horatius. Valcat res ludicra sine palma negata macrum: donata reducit opimum.

Mobile pro fixo tacitum si subsit: habetur.

Quod si non tacitum subsit: neutri generis sit.

¶ Adiectiuum per se positum propter aliquod perpetuo subauditum putatur esse substantiuum

Poetria. Origenista. Sabucista. Psaltes. cytharista. Cymbalista. Cymbalista. Tympanista. Teucer. Adiectiua plurima tertie inflexionis sub vnica terminatione ois gen. sunt. Capester. Volucer. Alacer. Acer. Pedester. Equester. Sylucster. Celeber. Celer. Saluber. Paluster. Mediocer. Sequester. Ludicer.

cius gñis cui⁹ est subauditū: vt molaris substantiuū est q̄ intelligit̄ dens vt lapis Si nihil subaudiatur erit neutri ge. vt añcedēs. i. oratio aliā inferēs. Consequēs. i. oratio ex alia illata. Ad hāc regulā spectantia post declarabuntur.

Masculeum fluuij nomen decet vsq̄ reponi

Nomina fluuiorum

¶ Nomen fluuij est masculini gñis vt tybris: sequana: lisa: tenera: garūna. Pantagias. sed in um neutra sunt per gñalē regulā añ dictā: vt crustumiū 7c. Styx 7 lethe semꝑ feminina sunt: q̄ paludes esse dr̄ potiusq̄ꝫ fluuij. sic arethusa q̄ fons est 7 ad nymphaꝫ poete respiciunt. Plura declarabuntur in regula sequenti.

Communis proprio quandoq̄ genus lego iunctum

Bubo.
Ossa.
✳ Nomina montiū interim sub diuerso genere leguntur.
Ethna
Othrys
Pelion.
Albula
Allia
Cauton.
Nar.

¶ Nomē minus cōe gñiq̄ respicit genus superioris vel cōmunioris. vt bubo est masculini ge. vt sermo. Ouid. Ignauus bubo dirū mortalibus omen. magis cōe, vt superius auis est feminini gñis: sic dicimus magna bubo: q̄ intelligit̄ auis. Vergil. iiij. ene. Solaq̄ culminibus ferali carmine bubo Uisa queri. in hunc locū Seruius enucleat dictā regulā: per quā inuētis meli⁹ q̄ꝫ inueniendis vtemur. Scdo itaq̄ per hāc regulā noīa montiū in diuerso gñe interim legunt̄. vt ossa mōs Thessalie est feminini ge. vt pēna musa 7c. Papinius. iiij. theba. Si q̄n niualē othrin arctoe gelidum caput instituit osse. Itē lib. ix. Semifer aerea talis centaurus ab ossa. Interduꝫ masculine reperitur q̄ intelligit̄ mons per hanc regulaꝫ. Oui. in Ibin. Utq̄ dedit saltus e summo Thessalus ossa. sic alia. quedā. Ibidē. Plurima qua flammā sicanis ethna vomit. Idem alibi. Paruoq̄ in tpe nudus Arboris othrys erat. pelion solū est neutri gñis q̄ vertit on in um: 7 dr̄ bene pelium. Papi. lib. x. Nec adhuc immane venirct pelion. ¶ Tertio p hāc regulā noīa fluuiorꝫ feminina inueniūtur: q̄ intelligitur aqua: nos inuentis tm̄ vtemur. vt albula. i. tybris. Ouid. iiij. fast. Clauiger: 7 tāto est albula pota deo. Martialis masculine dixit lib. xj. Cui rector aquaruꝫ. Albula nauigerū per freta tendit iter. Sic alia fluuij. nomen. Lucanus. in. vij. Et damnata diu Romanis allia fastis. Cauton fluuij nomē femininū est apud Strabonē. lib. viij. Nōnunq̄ fluuiorū noīa neutra sunt q̄ intelligitur per hanc regulaꝫ superius flumen. Luc. lib. iiij. Et tepidum in molles zephiros excurrit iader. Fluuius est in adriaticam mare fluens. Cicero lib. iiij. ad atticum. Nar posuit neutruꝫ dicēs. Lacus velinus interciso monte in nar defluit. nec potes dicere indeclinabile esse. quia Liui. x. ab vrbe ait. A mare flumine narina appellata. Et Pli. li. iij. ca. v. Precipuis nare 7 aniene qui 7 ipse nauigabiles. Ver. regulā obseruans dixit. vij. enei. Sulphurea nar albus aquas. Sic fluuiorꝫ nomina Mulucha turia 7 muthul, neutra legūtur; testes sunt diuus Augustinus 7 Nessus Fuscus vetustissimus, grāmaticus: tamen Hermolaus Barbarus dicit thuria vere esse masculini generis in tertiuꝫ Plinij authoritate Salustij. Castra hostium apud succronem capta et prelium apud flumen Turiam. Claudianus. Floribus 7 roseis formosus turia ripis. Grāmatici formosum legerent quod vnum omnium turia neutro genere proferri putant: authores Augustinus 7 Priscianus. Hec Hermolaus: taxans grāmaticorū peruersitatem: authores nimis temerario ausu corrigentes: vt suam opinioneꝫ tueantur. De Iader in dictum Lucani versum ait Omnibonus. Tepidum iader: non quod Ider sit generis neutri: sed retulit ad flumen tepidū. ¶ Quarto per hanc regulā fabularum nomina sunt feminini generis. q̄ intelligitur superius fabula vel comedia vel tragedia: idq̄ adeo licet vt Antonius Nebrissensis vir vndecunq̄ doctissimus neget recte in alio locari. Terentius. Quem transtulit in eunuchuꝫ suā. Quintilianus. Uarij Thyestes cuilibet grecorum cōparanda est. Quum autem iuuenalis dicit. Scriptus 7 integro nondum finitus Orestes: ad hominem respexisse videtur: vt apud Suetoniū. Interrogatus Augustus. Quidnaꝫ aiax suus ageret: dixit eum in spongiam incubuisse. Fuit autem Aiax tragedia: quam de Aiace componebat Augustus. ¶ Quinto nomina nauium per hanc regulaꝫ sunt generis feminini qu. a cuius generis est superius nauis. Vergilius quinto eneidos. (vbi Seruius hāc regulam declarat) Centauro inuehitur magna. vix ausim, dicere pro naui centauro magno. Huc etiam reduci possent vrbium 7 geminarum nomina: sed suo loco manifestabuntur.

Fabularū nomina
Eunuchus.
Thyestes.
Orestes.
Aiax.
Centaurus.

Insula 7 vrbs regio capit hec: neutrum genus optant.

Lemma reate argos preneste et tybur et Ispal
Cere nepet: neutrum vel masculeum dabit anxur:
Hoc cim vult: hic aut hec donat Lesbos abydos.
Hic sulmo hic acragas. Pluralia in i: maribus do.
A plurale genus neutrum sibi poscit vbique.

¶ Insularum regionũ et vrbiũ nomina feminina sunt: Insularũ quidẽ vt samos lason Ertanis. Regionũ vt egyptus aphrica. Urbium vt ephesus castulo tarraco corinthus Hierusalem. Silius lib. iij. Fulget precipuis parnasia castule signis. Chios insula maris egei. Hora. j. epl'arũ. Quid tibi visa Chios Bullati: notaque lesbos hec losbos insule nomen: vt nerito &c. est feminini gen. Uerg. Posthabita coluisse samo. Abydos vrbs asie. Ouid. in epl'a Leandri. Uel tua me festos: vel te mea sumat abydos. Poete aliquando terminationem aspiciunt et sic lesbos et abydos: masculina leguntur. Ouid. xj. meta. Et mitylenei potiuntur littore lesbi. Uergil. j. geor. Pontus et ostriferi fauces tentantur abydi. Gadir vrbs in gadibus feminini generis est vt reliqua Rufus Auienus. Gadir prima fretum solida supereminet arce: quare tamẽ aliquando intelligitur oppidũ etiã neutrũ inuenit. Sallustius: teste Priscia. in ij. histo. Tartessum ciuitatem quam nunc tyrij mutato nomine Gadir habent. ¶ At tamen in neutro genere reperi zeuma atis oppidũ ab Alexandro conditũ. Lucanus lib. viij. zeumaque pellẽ pompeio vincite parthi. Reate oppidũ vmbrie. Silius lib. viij. Magneque reate dicatum Celicolum matri. Argos oppidũ grecie. Ouid. lib. j. de remedio. Uacuũ litibus argos erat. Preneste oppidum Italie. Uerg. enei. vij. Quique altum preneste viri &c. Seruius ait hoc preneste et hec prenestis. Unde est enei. viij. O mihi preteritos referat si Juppiter annos. Qualis eram quum primam aciem preneste sub ipsa straui. et Juue. Quis timet aut timuit gelida preneste ruinã. Tybur oppidũ Italie. Silius in. viij. Hinc tybur catille tuum sacrisque dicatũ: Fortune preneste iugis. hic preneste neutrum est. Ispal oppidi nomen. Idem lib. iij. Et celebre oceano alternis estibus Ispal. Cere/is. oppidũ quoddã. etiã neutro genere cerete cis. dicitur apud Silium incenies: testimoniũ nũc excidit. Nepet oppidi nomẽ. neutrum est teste Prisciano: vt Cim vici Italici nomen. quibus iungunt oppidorum noia Rogud: Suthul: muthul. de quibus sic loquitur Priscia. li. v. Suthul muthul oppidorum propria barbara sunt que ideo quidã neutra esse putauerunt. quod appellatiuis neutris sint coniuncta: vt oppidũ Suthul. sed melius est figurate sic apposita dicere: vt si dicam mõs ossa vel tyberis flumen: quam dicere neutri generis esse in ul terminãtia: et maxime quum lingua penorum que chaldee vel hebree similis est: et syre nõ habeat neutrũ genus. Hec Priscianus. Anxur vrbs Italie: dubij generis est. Hora. Impositum late saxis cãdentibus anxur. Martia. Letus et equoreis splendidus anxur equis. Juppiter. nõ anxur (vt quidam vult) sed anxurus dr. Sulmo Ouidij patria: masc. est. Naso: Sulmo mihi patria est gelidis hubertimus vndis. sic acragas antis. tam pro monte quam pro oppido masc. legitur. Uerg. de oppido. Arduus inde acragas ostẽdit maxima longe menia. Fateor non inuenuste de monte posse intelligi. Pluralia in i. sunt masculini generis quicquid significent: itaque volo regulam esse generalem: non solum exceptionem a dicta regula. Inter hec oppidorũ nola sunt. Philippi/veij/gabij/capri/Parr...ij Bargi. ¶ Cuncta pluralia in a neutra sunt: vt ilia: exta. inter hec oppidorum nomina sunt bactra: cithera: artaxata: susa: hierosolyma. licet singulariter aliquando hec susa. hec hierosolyma legamus.

Castulo. Chios Lesbos Abydos Gadir zeugma Reate. Argos Preneste. Tybur Ispal Cere. Nepet Suthul Muthul Cim Anxur Sulmo Acragas Pluralia i masc. generis sũt.

Arboris est nomen muliebre. dat hic oleaster.
At spinus platanon. acer et thus robur habent hoc.
Arbor vtque siler dabit hic aut hec tibi suber:
Hic aut hec libanus: pinus: rubus: atque cupressus.

¶ Nomẽ arboris est feminini generis: vt pomus/pirus/prun⁹/popul⁹/quercus

esculus: salix: abies: ficus fraxinus: malus: morus. Mal⁹ autē arbor est que vulgo
Malus — pomus dicitur. Nam pomus generale est ad primum pyrū ꝛc fagus boeckboom,
sambucus: vlienderboon buxus busboon inuenitur aliquando masculini: vt libro
Buxus in — quarto Esdre. prepara tibi buxos multos. Taxus hils. vlmus arbor alba cuius vir
virili gñe. — gis vapulant pueri: vti ex plautina lectione facile deprehenditur. In um desinen-
tia siue arbores siue fructum significant neutra sunt per regulam prius positā: vt
bdellium: hebenum: pomum. Vergilius. Sola india nigrum fert hebenum. Tibul⁹
Ipsi seram teneras maturo tempore vites Rusticus: ꝛ facili grandia poma manu
id est pomos. Que in um desinunt sepius fructus significant vt pyrum: prunū: sed
nux ficus: glans: auellana: ꝛ quedam alia eodem seruato genere arborē fructumq̄
Oleaster — significant. Malus masculinū est lignum veliferum. ¶ A regula excipiūtur quedā
Pinaster — vt oleaster: sylucstris olea. Vergilius secundo Georgic. Indutio est tractu surgens
oleaster eodem. Plurimus dicitur quoq̄ oleastrum in neutro genere vt pyraster et
pyrastrum. pinaster pinastrū. i. pyrus sylucstris ꝛ pinus sylucstris. Sunt qui dicāt
pinaster masculinū eē: quos Nebrissensis improbat. Pli. li. xv. Pinaster nihil aliud
Spinus — est q̄ pin⁹ sylucstris. copio'am dat hic materiam. Theodorus gaza in Theophra
Platanon — sto libro quarto de stirpibus. Sicut pinastri que in locis vmbrosis nascunt. Spin⁹
pruni species masculinum: teste Seruio. Platanon arboris nomen: aut poti⁹ locus
platanis cōsitus. Plini⁹ in epistolis dixit. Platanon opacissim⁹. Calepi. dicit pla
Acer. — tanus tā masculinū q̄ femininū esse: pro masculino desidero testimonium. Neutra
sunt quedam arborū nomina: vt acer contra Priscianum. Ouid. in primo de amori
Robor — bus. At nuper vile fuisti acer. Sic Plinius acer gallicum dicit ꝛ acer cāpestre atq̄
mōtanum Thus. nam aliquando ipsa arbor dicitur. Robor vel robur species quer
cus durissime. Siler arbuscula vel frutex potius q̄ arbor vulgo salis dicitur ait Ca-
lepinus. id si verum est iure arbor dicetur. quod Priscianus negat. Vergi. ij. Geor.
Suber — Molle siler, lenteq̄ geniste. Siler vel silerus masculinum fluuij nomē est Lucanus
Libanus. — lib. ij. Radensq̄ salerni tecta siler. Sillius lib. viij. Nunc silerus quos nutrit aquis
Suber sepius neutri generis: ꝛ est corkboon. Theodorus in Theophrasto. Leue
suber. Plinius masculine dixit lib. xvj. Tardissimus suber. Libanus arboris nomē
Calepinus dicit tam masculini gñis esse q̄ feminini, Hieronym⁹ in eccle. Et quasi
Pinus. — libanus non incisus vaporaui habitationem meam. Arbor est thurifera: vnde ꝛ p
Cupressus — thure accipitur q̄ ꝛ libanum dicitur. Libanicus thureus. Pinus ꝛ Cupressus nūc
Rubus — feminina solum habeantur licet olim masculine prolata sint ab Ennio.
¶ Rubus sentis genus frutex potius est quam arbor teste Prisciano. Vergi. Ferat
et rubus asper amomū. Seren⁹. Mādit apta rubus gingiuis ꝛ bona labris. Pru-
den. Que ꝯtorta rubus densis cruciatib⁹ edit. Recti⁹ cū Verg. masculine pferes.

Ex se nullius generis pro nomine sumptum:

Est neutrum seu litera: vox quoq̄ materialis.

Verbū loco nominis sūptū neutri generis est. — ¶ Dictio ex sua significatione non recipiens genus: vt de eo in nomine loquimur si
pro nomine sumatur erit neutri generis: vt omnis litera ꝛ vox materialiter posita
veluti pulchrum scire: longū a. homo terminatum in o. facit genitiuum hominis.
Exempla huius regule sunt quadruplicia.
Aue. — ¶ Primo verbum loco nominis: vt Sumens illud aue. i. illā salutationē. id per infinitiuū
Scire — sepius fit. Persi. Scire tuū nihil est nisi te scire hoc sciat alter. i. sciētia tua. Idē. At
Mōstrari — pulchrū est digito monstrari ꝛ dicier hic est. Idem. Velle suū cuiq̄ est nec voto viui
Velle — tur vno. Valerius maxi. li. vi. Velle ac posse in equo positum erat.
Posse — ¶ Secundo aduerbium loco nominis. Persius. Nempe hoc assidue: iam clarū ma
Cras. — ne fenestras. Intrat: ꝛ angustas extendit lumine rimas. Idem. Iam cras hesternū
consumpsimus: ecce aliud cras. Sergius in donatū dicit mane vbi nomē trāsit de
clinari hoc manē manis mani nunc amane a mani. quo ablatiuo Plautinus vsum
dicit in amphi. Hec illic est pugnata pugna vsq̄ a mani ad vesperā. sic quoq̄ Ver.
in Ciri. Et gelido veniēs mani quatiebat ab ora. Idem sentit Serui. in illud quin
to eneī. Mutati transuersa fremunt ꝛ vespere ab atro cōsurgunt venti. Trāsuersa
(inquit Seruius) aduerbium factū a nomine vt raucū sonat. Totiū clarat: recēs
pro recenter ꝛc. Nomen autem in aduerbium transiens declinationem cū genere
perdit. aduerbium vero si nomen fiet declinatur vt mane ꝛc. Sed quid dicitis de

cras e pluribus: placet mihi magis cum Lancaloto mani: aduerbiũ esse loco nomi
nis vt si dicerem ab illo cras: et dictum mani pro mane vt heri pro here. vesperi pro
vespere etc. Sponte sua verum est nomen quia genitiuus spõtis sepe legitur in hoc — Sponte.
hallucinantur grammatiste.

¶ Tertio nomina literarũ aut ipse litere neutri generis sunt. Hiero. Non pertrans- — Litere.
ibit neq̃ vnũ iota neq̃ vnus apex: iota est litera greca hoc est i. Thita aut theta. i. — Iota.
th sic θ. Persius. Et potis est nigrũ vitio profigere thita. Martialis est operepre- — Thita aut
cium dicere theta nouum: sic duo bb. y. tenue vel psilon. omicron. i. paruũ. Quum — theta.
autem dicit Donatus in a productam correptam etc. vtitur regula Communis pro
duo etc. quia intelligitur femininum superius litera vel syllaba.

¶ Quarto vox materialiter accepta est neutri generis. vt dissyllabũ homo, in o ter- — Materia.
minatur. Martialis. q tam grande sophos clamat tibi turba togata. Non tu põpo — Uox.
ni cena diserta tua est. Nebrissensis dicit hic sophos pro sapiẽter accipi. verũtamẽ
materialiter sumitur qr sensus est O põponi q turba togata .i. p. R. a te ad cenã vo
catus clamat tibi adulãdo tam grande sophos. i. audiens te legẽtem carmina tua
quasi vehemẽter admirans dicit. Oh q̃ sapiẽter q̃ belle q̃ recte dictũ: euge poeta
non dicit hoc q te putet disertuz: sed qr cena tua est diserta. i. lauta et oppipera. So — Sophus.
phos p sapiẽte apud eundẽ est. Thesophos ois amat. Persius Euge tuũ et belle nã
belle hoc excute totũ. Idem. Quin optes tepidum hoc audire decẽter. Martia. Aue
latinum: chere nõ põt grecum exprimere. Ouid. Uix illud potui dicere triste vale.

¶ Uox vel scriptura materialiter sumitur quãdo seclusa significatiõe p mera voce — * Uox vel
vel scriptura capitur: et q̃ sensus est: illa dictio: illud verbũ: illa oratio: vt homo in — scriptura
o desinit. i. illa vox homo etc. Causa vocabuli est: qr ois dictio habet ipsam vocẽ vel — q̃ dicatur
scripturam tanq̃ materiam: et significationẽ tanq̃ formã. Uerũtñ veteres nõ dicũt — sumi mate
dictionẽ materialiter sumi: sed technice teste Lanciloto. Per hanc regulam etiam — rialiter ky
sic loquuntur. Pulchrum benedicamus. Paschale Kyrie eleyson. et est oratio sylla — rieleyson
barum septem significans domie miserere. Non libenter dixero legi vnum miserere
mei deus: duo deprofundis: sed legi semel miserere. bis deprofundis. legi orationẽ
dominicam bis: non duo pater noster. Salutationem angelicam: non Aue maria.
Symbolum apostolorum: non credo in deum etc.

¶ Nõnunq̃ dictio materialiter vel technice. i. non per significationem: sed per ar
tem posita: retinet genus qd habuit. vt fides a fio dictũ est, et veritata. Alexander.
Dempta carne. Idem adulter erit superandus. sed sic intelligi põt ntũs. Ualla lib. — Nõ homo
primo. eleg. Sector qui signat venditorẽ etc. Nõ homo nõ equus etc. infinitis latini
non vtuntur nec credo esse neutri generis qr inepta locutio est. Leo est crudele non
homo. Aliter grãmatiste et neoterici dialectici docent: quibus non credo.

¶ Epicenum genus.

¶ Epiceni gñis dictio est que sub vno articulo significat vtrũq̃ — palũbes. * Mar.
sexum mixtim in nolbus alaliũ in quib' sex' non facile dignoscit. vt in nolbus auiũ: — Ingina
veluti aquila passer anser: caue dicas ancha: qr latini ea voce nõ vtũtur pica pic' — tor q̃li tar-
psitacus olor vel cignus phylomela vel luscinia vel edon struthio. Thurdus vl' co — dãt: hebes
turnix merula achantis perdix otus nisus etc. Gallus gallina epicena non sunt: qr — tantq̃ pa-
sexus facile cernit. Columba epicenũ est lz p mare hic colũbus etiaz dicatur teste — lũbi. Non
humero. Ualla in matheũ. Unde apud Uergiliũ Gemine venere columbe quaruz — coat hanc
certe vna mas erat. Hec Ualla. hec palumbes epicenĩ gñis syluestris colũba. Uer. — volucrẽ q̃
Raucẽ tua cura palumbes. reperitur q̃q̃ masculine vt notauit Calepin' . Luca. — cupit cẽ fa
Macrosq̃ palumbes. ds: et palumbus et palũba. hec alcyone vel alcyon et hic vl' hec — lax reperi-
alcionis vel hec alcedo auicula hyeme pullos educans. hic oestrus vel hoc oestrũ — tur etiam
volatile apis magnitudine bobus apibusq̃ infestum. Si abest sexus nõ dicitur epi — palumba.
cenum vti nec pulex apex musca anguilla etc. ¶ Secũdo epicena sunt piscium noia — Proptius
vt balena maxima belua marina. Cetus ois magnus piscis. Cetarius marinorum — Sca cape-
piscium venditor. Cetaria fossa prope mare in qua capiũtur cete. Murena piscis simi — roiqte ve
le anguille. hinc murenula torques vel ornamentum colli. Sepia piscis habens — nus o reg-
atramentum p sanguine. et ponitur p atramento. ¶ Tertio nomina ferarum vbi — na palũbes
sexus difficulter noscitur epicena sunt. vt vulpes mustella cuniculus etc. ad discer-
nendum sexum dicimus cygnus mas: cygnus femina. Ouidius in .ij. de arte. In-
uenis in media femina piscis aqua. Uerro teste Fabio. Lupus femina dixit: quis

Noia que volucres signãt, piscesq3 ferasq3
Si nõ discernant sexum dicas epicoena.

lupus epicenu3 erat: licet nūc dicatur lupus lupa ⁊ vrsus vrsa: leo lea vel leena ⁊c. Si quis roget mustella cuius generis: sic respondeto. Mustella est epiceni generis sub articulo hec: quia terminatur in a ⁊c.

Masculia. in ista a solis grecis veniunt. cataracta.

ℭ Greca ⁊ alia nō latina sepe retinent genus suum: vt Lampas

adamas: etiam terminatione mutata: vt hec diphtongus: hic propheta vel pphetes. hic geta ppli nomen femininū est getis idis. hic organista/sarmata ⁊c. ante declarata. Male aūt dr iurista/legista ⁊c. q2 masculina in ista a solis grecis veniunt. Aliqñ apud nos genus mutatur q2 feminina sunt charta cera amphora margarita catapulta iaculum vel sagitta. ℭ Cataracta porta pendula: ⁊ specus subterranea et fluuiorū obices ne aqua tota defluat: vt nauigari possit. hic grece sub es masculina sunt sic puls femininum est poltos masculinū: nec apud nos masculina habēt etiā semper masculina aut contra; vt murmur grecis est masculinū: nobis neutrū Gens nobis femininum illis neutrū. de his nōnihil leges apō vtrūq3 Uallam

ℭ Regule generum speciales.

Situla Pustula. Sarissa. Stipula Fistula Musa * Polēta. neutrū nūq legitur.



Ec dat a. do neutris cum pascha māmona manna.

ℭ Nola in a sunt feminini gñ. vt situla vas quo hauritur aqua. Pustula cutis inflatio. Sarissa .i. hasta. Stipula calamus frumenti. Fistula musicum instrumentum quo flatu canitur fistulator tibicen. fistula est etia3 per quā aqua ducitur. Musa carmen vel carminis dea. Polēta hordeum madefactum ⁊ iterū siccatū. Plau. Polentā pinsitant. in Josue. Et comederunt de frugibus terre die altero ⁊ azimos panes et polentā eiusde3 anni nusq legitur polenta neutrū: cōtra Alexandrū cum oibus neotericis: inter quos Sulpitius/Nebrissensis/Baptista pius/Calepinus/Baptista mātuan⁹ ⁊c. Priscian⁹ de hoc nihil meminit: ait aūt Mātuan⁹. Artocreas ⁊ pingue polēta comedi in Buccolicis q illi adulescētulo exciderūt deceptus est p grāmaticos q putant polenta bis neutrū esse apud Ouidiū in meta. Dulce dedit testa qd coxerūt ante polenta. Dū liquido mixta pfudit diua polēta. putāt parū cauti hoies sensum esse dedit dulce polenta pfudit cum liquido polēta ⁊c. At nugāt q2 polēta in pore vsiculo est abltī casus teste etiam Raphaele regio. vt vsus sensus est. Anus dedit sitibūde ceteri dulce .i. dulcem potum qd ante coxerat polenta .i. hordeo vel hordeacea farina: vt apō nos rustice mulieres conficiūt ceruisiolā. nō bibitur polenta. In scdo manifestissime errant: q2 polenta h3 secū adiectiuū femininū mixta: sic eīn dr Juuenēq3 cū liquido. mixta pfudit diua polēta sensus. diua .i. dea Ceres irata impudenti puero pfudit ipm iuuenē polēta mixta cum liquido farina hordeacea cui⁹ furfure conspsus puer cōtraxit maculas que in stellione hodie cōspiciūtur.

Māmona Manna Pascha

ℭ Māmona .i. pecunia vel diuitie Māna celestis cibus. neutra sunt indeclinabilia: teste Antonio Nebrissensi. licet nōnulli sint ausi per primā declinare. Pascha neutrū pme teste Placētino licet multi per tertiā paschatis declinare malint. Ausonius. Nos etem primis sanctu3 post pascha dieb⁹. Auenus agrū visere, Idem. instantis reuocāt q2 nos solēnia pasche: apud grecos est indeclinabile teste Placēti. lib. xxxi. ca. ij. vbi reprehendit Lactantium: q2 a pascha vbo greco .i. patior pascha deduxit: quū sit nomē hebreū teste diuo Hieronymo significans transitum. vide declinationē in Calepino.

Hadria.

Hadria masculeum datur: atq3 cometa planeta.

Cometa. Planeta.

ℭ Tria sunt masculina. hadria/cometa/planeta/Hadria est sinus maris: vel ipm mare hadriaticum. Luca. li. v. Sonat ionio vagus hadria ponto. Horatius. iij. car. Dux inquieti turbidus hadrie. Torrentinus dicit fuisse idolum quoddam. Hadria vrbis nomē femininum est per regulam. Insula ⁊ vrbe regio ⁊c. Cometa vel cometes stella crinita. Planeta interpretatur erro errans: sunt autē planete stelle erratice: vt Saturnus/Jupiter/Mars/Sol/Uenus/Mercurius/Luna.

Hic aut hec talpe cum panthera dato dame.

ℭ Tria in a sunt dubij gñis: hic aūt hec talpa. hic vel melius hec pāthera. hic aut hec dama. Uergili⁹. Aut oculi capti fodere cubilia talpe. Dama capra syluestris. Uergilius. Cum canibus timidi venient ad pocula dame. Hor. j. car. Et superiacto pauide natarunt equore dame, Subest (inquit Quintilianus. lib. ix.) aliquid rōnis

quis vterque sexus significatur. ergo videtur cōmunis generis. Panthera aial maculosum nō legi masculinum: nisi apud grammaticos: ibi ergo sit magis femininum. Horatius. Diuersum confusa genus panthera camelo.

Panthera

Sit neutri generis per a quicquid tertia flexit

¶ Nomen tertie declinationis in a desinēs est neu. ge. vt scōma iocosa irrisio. Problema .i. ppō aut qstio sine n. Anathema: maledictio. diadema preciosus pānus q capiti regio circūdat. Anadema idem: sed priꝰ in vsu est. Pneuma .i. spūs: dogma stigma. ¶ Popa cuius generis: masculini ex significatione vel officio per regulam Omne viro soli. Nam popa est victimarius .i. qui victimas legat feritque. Propti. lib. iiij. Illa dies hornis cedem denūciat hagnis Succinctique calent ad noua lucra pope, aliqui libri habent in feminino genere succincte: que lectio si vera est: popa erit communis gnis: et significabit etiam victimariā. per rlam. Quicquid vtrique datur. Aelius Spartianus in Geta. Percussit hostiam papa noie Antonius. Suetonius in caligula. Admota altaribus victima succinctꝰ poparum habitu elato alte malleo cultrarium mactauit. Cultrarius .i. victimarius. Hinc Persius vetre popā dixit: non pro pingui et obeso (vt ntur aliqui) inquit Hermolaus in secundis castigationibꝰ. vij. plinij: sed pro hellucne votatoreque ac phagone. Errat in hoc nomine Calepinꝰ cum omnibus neotericis ferme preter Hermolaum Barbarum.

Scōma. Problema. Anadema. Pneuma. Popa. Papa.

¶ Sunt et alia in e desinētia masculini gē. ex significatione vel officio per regulā Omne viro soli &c. Sunt pfecto valde multa. vt papa .i. summus pontifex. Patriarcha patrum princeps. Nauarchā guber nator et nauis princeps. Satrapa prefectꝰ. Monarcha solus princeps. Tetrarcha qui quartam partem regni detinet: grece tetrarches dicitur. Chiliarcha vel chiliarchus tribunus militū. Athleta pugnator. Adduntur quoque feminina in is vel in ia desinunt declarata in regula. Esto genus varium. vt pphēta nauta sophista sarmata &c. Pirata predo marinus: Trapezita nummularius. trapeza mensa trapezite. vulgus dicit bancarius bācus nescit enim docte loqui. Lixa coquus in exercitu et quicūque questus gratia sequitur exercitum: vt qui aquam ministrat. et lixa .i. aqua apud veteres. Sillius lib. v. infertique globo pedites et inutile marti lixarum vulgus. collega socius in dignitate. Scriba qui res quascunque nomine alterius scribit. scurra qui risum captat nō salua dignitate persone: hinc scurrilis impudicus. Agrippa qui in partu primo loco pedem emittit. Proxeneta mediator inter ementē et vendētem. Lanista qui domi gladiatores docet et populo vendit. Uacia cui in exteriorem partē crura flectuntur. Pāsa cui lati et pansi sunt pedes. vt pansi quibus plani. Appella .i. iudeus quasi sine pelle qz circūcidit. Horat. Credat Iudeus appella. Uerna seruus domi nostre natus: hinc vernaculus: id est domesticus et vulgaris: vt vernacula lingua inuenies aliquando in feminino genere hec verna. ¶ Rabula clamosus et obstrepitus aduocatus: et capitur pro quouis linguace: dictus: quasi radula a radendis garrulitate auribus. Cacula militis famulus. Holophanta et sicophanta .i. nebulo. planus et deceptor. Assecla famulus ab assequendo. Mastigia verbero. Cesulia cesios oculos habēs. Sympota .i. compotor. grece in es desinit: vt sophista holophāta &c. Sophista qui vanis argumentatiūculis popularem auram venatur. Rauilia rauos oculos habens. Quedā dictorū videntur etiā ad feminas pertinere. nos ideo cum Antonio. Nebrissensi et Phoca inter masculina reiecimus: quia ea in feminino genere nusquā inuenimus: vt neque ea que sequūtur. si quis tamen apud veteres horum aliqua reperiat in feminino genere dicat esse communis generis: quia significatio nō repugnat. Et ipse postēq edideram hoc opus in Seneca legi homicida feminine. Uoluere dixisse miraculo in captiua libertatem: in prostituta pudicitiam: in homicida innocētiam sic idē sepius in prima decla. notabit diligens plura. Homicida hominis cesor. parricida in lege duodecim tabularū dicitur quicūque hominē liberum occidit nunc qui parentē occidit. Fratricida matricida canicida Bybliopola librorum venditor. pharmacopola medicamentorum venditor &c. Anacharcta solitarius. Eremita eremi cultor: femininum opinor esse eremitis eremitidis &c. Propola quia mercatoribus emit vt vēdat. pincerna id est pocillator. legitur apō Hieronymum. Perfuga et transfuga qui ad hostes confugit. Turca femininū eius est turcis: vt opinor. Turcus inepte dici testātur doctissimi. Legirupa trāsgressor legis apud Plautum. Curruca et si figurate pro viro sumatur femininū semper erit.

Patriarcha. tetrarcha. Athleta. Pirata. trapesita. Lixa. Collega. Scriba. Scurra. Agrippa. proxeneta. Lanista. Uacia. Pansa. Appella. Uerna. Rabula. ✱ Sypōtinus arabic. deducit. Cacula. Holophanta. sicophāta. Mastigia. Cesulia. Sympota. Sophista. Rauilia. Homicida. Parricidas. Bybliopola. Anachoreta. Eremita. Turcus. Trucis inepte dici.

De nominum generibus

Propole. Perfusa Crassipuga. Pincerna. Turca. Aduena. *Aduena neutro figurate iūgitur. Conuena. Heredipeta. Accola Conuiua Alienigē Alienigenus. verbigena Indigena. pedissequa idololatria Indiga lingulaca.

Bellicrepa quid sit puto latinos ignorare: antisma neutrum est: vt dogma: lōgum essem si barbarorum nenias vellem in his libris semper reprehendere. Itaq illis omissis videamus quid doctissimis placeat.

¶ Auriga cuius generis. Communis perti netenim ad vtrūq

go. Olim erat quarte venūc sunt hinc deducta reperio aperio ꝛc. Ennius. Qua pa- rire solet genus pennis cōdecoratū. Quatio. i. moueo concutio: vt quatio arborem ifcude venboom. Item vexo ꝛ vehementer molesto. Vergil. Quatit oppida bello quassoasfrequētatiuū. i. multū quatio. Concutio. i. percutio moueo. Excutio expel lo. Oui. Et si nullꝰ erit puluis tñ excute nullū. Incutio. i. infero. incussisti mihi me tū. Ver. Incute vi vētis. decutio depello, Ver. mellaqꝫ decussit foliis. Succussio sub tus percutio. hinc succussor dicit̄ equus pedes eleuans ꝛ sessorem ledēs. Discutio examino discussio examinatio. Corripiunt hec oīa secūdā syllabā. Inquio. i. aio. in quisti habet, ecclipticum est: ideo in sequenti libro declarabitur.

Vult uo semper ui dans utum. vult struo xi. ctum.

Datqꝫ fluo xi. xum. pluo. vi vel ui dat ꝛ utum.

Vultqꝫ ruo ruitum. dat utum proles tibi solum.

Nulla supina dabunt meto luo congruo. sicut

Annuo cum socijs: eluo respuo ꝛ ingruo iunctis.

Arguo. ¶ Verba in uo per diuisas syllabas desinētia faciūt in preteritis ui per diuisas sylla bas ꝛ in supino utum: vt arguo ui argutū. i. accuso ꝛ reprehēdo. vt arguo te furti.
Arguor. Item ostēdo vel indico. Verg. Degeneres aīos timor arguit. Argumētum. i. pbatio vel signū. hinc argumētari deponens. i. argumento pbare ꝛ rōcinari: qđ indocti di cūt arguere: cuius vbi passiuū arguor arguꝰ sū vel fui ptm̄ hꝫ. Plau. in pseu. Ar
Statuo gutus malorū facinorū. supinū vr etiā fuisse arguitū: qꝛ dicimꝰ arguiturꝰ. Sal. in ij. hist. apud Prisc. Multi ex bithynia volētes occurrere falsū filiū arguituri. Sta tuo statui statutū. i. pono vel ordino. Cōposita mutāt a in i: vt instituo ui. tutū. i. ipo no. Itē doceo ꝛ instruo. destituo. i. depono vel relinquo vt infortunatū destituūt oēs restituo repono. Cōstituo. i. statuo vel ppono. Prostituo in publico pono vel meretri
Sternuo. cem facio: vt ille pstituit vxorē suā pstituta vel pstibula. i. meretrix. Prostibulū lu- panar. q̄ duo a psto esse vident̄. Sternuo ui. utū. vñ frequētatiuū. Sternuto as. qđ
Delibuo. magis in vsu est ꝛ significat caput cōcutere ex inflatiōe erūpente per nasum. Colu.
Imbuo. lib. viij. Donec sternuat ouis. a strenuo est. Delibuo. i. vngo in vsu nō est sed hīc deli butus. i. vnctus. vt delibutus doleo. Terē. Si te delibutū gaudio reddo. Imbuo im pleo ac etiā pfundo. Ver. illiꝰ arā Sepe tener nr̄is ab ouilibꝰ imbuet agnus. Hor.
Diluo: Quo semel est imbuta recēs seruabit odorē Testa diu. A lauo cōpsita huiꝰ declina
Polluo tionis sunt ꝛ in luo desinūt. vt diluo dilui lutū. i. aqua vel alio humore purgo. vnde
Alluo. dilutū vinū: diluuiū ꝛc. Polluo ui. utū. i. maculo. Ver. Polluit ore dapes. Eluo per luo colluo pluo. i. lauo vel purgo. Alluo. i. affluo. hinc alluuio supta collutū elutū allutū nusqꝫ legi Exempla rle etiā sunt exuo/induo/tribuo/acuo/suo/insuo/ꝯsuo/ assuo ꝛc. Vult struo xi. ctū. Excipiunt̄ aliq̄ a rgl'a. nā struo facit struxi ctū. fluo, flu xi fluxum: olim etiā fluctū. vñ est fluctus us. ut ꝛ murena flucta. pluo pluui vel plui plutū. Ruo rui ruitū. vñ ruiturus Cōposita huiꝰ solū rutū faciūt penul. bre. vt diruo rui rutū ꝛc. Ruo aliqñ forte rutū fecit qđ nūc nō est in vsu. Quedā carēt supis. me
Struo. tuo ui. luo lui. ꝛc. a nonullis horū tanqꝫ supina habuissent dictiones qđā formant̄. vt abnuiturus: luiturꝰ ꝛc. q̄ cia iā latiꝰ declarabo. Struo: paro aut facio edificiū ali qñ etiā qppiā aliud. Structurā. i. edificiū vl' cōpositio astruo ad aliqđ struo. vt astru xi tēplo sacellū. Etiā significat pbo vl' affirmo. Ambro. Qui fidē exigit fidē astruat
Fluo. Cōstruo cōpono vl' edifico. Destruo frāgo edificiū vel quid aliud cōpositū. Extruo in altū struo. instruo paro. Ver. instruimꝰ mēsas idem. Socios simul instruit armis Obstruo claudo impedio. Fluo xi. xū ppriū est aliquorū fluctū. vt aqua fluit. oleū fluit per similitudinē transfert̄ ad alia. Ver. Ramos cōpesce fluētes. i. latius ꝛ hu- bertius excrescētes qñ vero q̄ fluūt vident̄ minui. ideo fluere p deficere capit̄. Ver.
Affluo. Ex illo fluere ac retro sublapsa referri Spes danaū. hinc fluxa dicimꝰ instabilia ac momētanea ceteroqꝫ pituraꝫ vt fluxe diuitie. Et fluere est pducere ac nasci. Lac. lib. ij Ab hac gente primi quiqꝫ ppli multitudine increscente fluxerūt. Itē trāsire. Hie- ronymus. Iā altera fluxerat dies. Affluo abūdo vel ad aliqđ fluo. Naso Affluit in cautis desidiosus amor. Effluo ex aliq̄ fluo. vt vinū effluit. Influo in aliqđ fluo. Cō fluo simul fluo vel cōuenio. defluo deorsum fluo vel exeo. vt capillꝰ defluit. Refluo

farius fluo diffluo varie fluo vel abundo. Cice. Si considerare volum⁹ que sit nature
humane dignitas et excellentia: facile intelligemus q̃ sit turpe defluere luxuria et
delicate ac molliter viuere. Perfluo per aliquod fluo. Teré. Plenus rimarum sum
hac atq; illac perfluo. Plura sunt a fluo composita, quib⁹ supersedeo vt in alijs se-
pe neq; enim lexicon institui cõponere sed dictionũ accidẽtias enucleare: declaratis
mediocriter pro pueris vocabulis. A fluo fit fluito as. i. continue fluo. Item supna- Fluo.
to vt pisces mortui fluitãt. Fluor fluxus et fluxio idẽ significãt qḋ profluuiũ. Fluctuo
as. i. dubito aut moueor: Pluo raro legitur nisi in tertia persona singulari. Liuius Pluo.
lib. ij. ab vrbe. Lapidibus pluisse in genesi. Nõ enim pluuerat dñs sup terrã sic legit Impluo.
Calepinus: licet vulgo legatur pluerat. nec sic male dr. Tibullus ij. Multus et in
terras depluerit lapis. Impluo in aliqḋ pluo pluo praliqḋ pluo aut pluuiam reci- Perpluo.
pio. Quin. Quũ cenaculũ eius perplueret. Cõpluo simul pluo. Sũ cõplutus. i. plu-
uia madefact⁹. Ruo. i. cado. Luc. in. iiij. Rituraq; semp stat moles. Et curro. Uer. Ruo.
Quo moriture ruis maioraq; viribus audes? Et frango vel diruo cũ actõ. Idẽ. Cu-
mulosq; ruit male pinguis arene. Eruo extraho et libero. Irruo impetum facio. vt Irruo.
hostes irruerãt in nfates. Corruo. i. cado. Diruo destruo. Hor. Diruit edificat mu- Diruo.
tat quadrata rotundis. Obruo opprimo vt obruis me verbis obruunt hunc lapidi-
bus hic se vino obruit. obruis nummos humo. i. tegis. Subruo. i. euerto Luc. Ossa Metuo.
tulit Magni q̃ nõ dũ subruta fluctu. Metuo. i. timeo. Luo soluo. Uer. Post mihi nõ Luo.
simili pena cõmissa luetis. cõmissa. i. pctã que cõmisistis. Supinũ vr fuisse luitum Luiturus
Nam Claudianus luiturus participio vtitur dicẽs in sexto consulatu honorij. Uastato
tandẽ penas luitura profundo. Luo item. i. sustineo patior. Justin⁹. li. i. Qui-
cumq; capi potuerunt supplicia crucib⁹ luerũt. Sic dicim⁹ luo capite pro mulctor
et punior. Liuius libro. ix. Obsides etiam sexcenti imperare capite luerunt. hinc re-
luo. i. soluo et repignero. Congruo. i. cõcordo vel cõuenio. Plau. in Curgulio. Sane illi Congruo.
inter se cõgruũt concorditer tractum est grauibus concorditer volantibus hinc cõ-
gruus incongruus: cõgruens incongruens eiusdẽ deriuationis est ingruo inuado. Ingruo.
immineo impetum facio. Lac. li. ij. Si feua tempestas si quando ingruit ad deum Nuo.
confugitur. ¶ Nuo. i. caput moueo vel capite significo: facit nui nutum. hinc nomẽ
nut⁹ us. ui. signũ capite factũ aut volũtas: et frequentatiuum nuto.. capite significo
aut ipsum subinde motito. A nuo fit numen id est, dei nuptus: imperiũ potestas. fit Nutare.
etiam nutus oculis et manu. Nutare etiam est vacillare titubare et ruina minari:
vt domus nutat: animus nutat. i. dubitat. Cõposita sunt abnuo id est, nego: et signi-
fico quouis mẽbro me nolle supinũ abnutũ in vsu nõ est: hinc tñ abnuturus lectum
est. Sallu. apd Uola. Nihil sibi abnuturos. Annuo. i. assentior: a nautũ non dr. In-
nuo ostendo quid velim siue affirmem siue negem. Renuo refuto, Innutũ r. nutum Annuo.
non reperies in vsu. Abnuo videt abnuitus habuisse. hinc. Caper abnuitius dixit. Renuo.
Confessiua fit vox duplici voce abnutiua vt nõ nolo. Renuo nec credas versus gra- Abnuo.
geminum n scribi nisi afferat authoritas veteris poete. Silli⁹: Si placet haud renuo:
maneãt modo federa nostra. Cluo is. Lucil. dr pursum capere. Cluo. i. pugno et splen-
deo. Pruden. Qui patria virtute cluis ppriaq; sed vna. ¶ Respuo ui. utum. facere.
sed supinũ nõ est in vsu: et significat repudio et sperno quasi cũ sputo p cõtẽptum re- Cluo.
spuo. Spuo. saliuam emitto. Uerg. Terrã sicco spuit ore viator Aridus. Cõspuo si- Respuo.
mul spuo vel aliquẽ fedo. Plau. Ab olbus densus atq; consputus. despuo: expuo: Spuo.
inspuo, in aliquẽ spuo. Sputo as frequẽtatiuũ est. Plaut Nã illic istic q sputat in- Conspuo.
terdũ morb⁹ venit. Sputamen sputũ et sput⁹ us. ui. est qḋ expuit. Lactã. li. iiij. Da-
bãt aũt Deo alapas manib⁹ incestis et imputato ore expuẽt venenatos sputus. In
lib. Judi. Quõ si qs rũpat filũ de stupa tortũ sputamine. Batuo vbũ antiquũ ptm̃
facit batui supinũ batutũ: nunq̃ legi: et significat verberare. Plaut. in aulula. Non vr Batuos
qḋ batuat. Pli. xxxi. Crocodilorũ morsib⁹ ex aceto in linteolis ita vt batuerent̃ ah ec.
Suc. in cali. Mirmillonẽ e ludo rudibus secũ batuẽtẽ et sponte pstratũ ꝯfodit ferrea
sicca. Idem. Batuerat pugnatorijs armis. codẽ vbo vsus est Cice. in sensu obsceno.

Bi: bo: bitumq; facit. Scabo lambo carento supinis.

Ut cubo: sic proles dant scribo nuboq; psi ptum.

¶ Uerbum desinẽs in bo facit in preterito bi. et bitũ in supino: vt bibo bibi bibitum Bibo.
Naso. Sepe bibi succos q̃uis inuitus amaros. Composita corripiunt penultimam De cõposi
etiam in preterito vt abbibo, id est, appoto: ebibo epoto: o. prebibo antepoto, vt pre tis ab bibo.

bibo tibi. Tulli. Simul admoneto quod ei prebuerim. Imbibo in me recipio. Arena imbibit aquam. sic Verg. dixit. bibit hasta cruorem. Papyrus bibula que atramentum sorbet.

Deglubo. ¶ Deglubo deglubi deglubitum. i. excorio. Tiberii verbum est. Boni pastoris est tondere pecus et non deglubere. simplex est glubo is. i. corticem vel pellem detraho. Cato de re rustica. Salices quas suo tempore cedes glubito atque alligato: librum conservato librum. i. corticem.

Scabo. ¶ Scabo bi. i. frico supinum scabitum non est in usu. Luci li. ix. Scaberat ut porcus contritis arbore costis.

Lambo. ¶ Lambo lambi. i. lingo supinum lambitum non est in usu. Luci. saty. xxiii. Jucundasque puer qui lamberat ore placentas. Hiero in lib. iudicum. lambui incubui est usus dicens. In trecentis viris qui lambuerunt aquam liberabo vos. Ibidem. Manu et lingua lambe rant aquas. ¶ Composita a cubo: incubo per tertiam desinunt et abiecto m in pteritis et supinis m faciunt cubui cubitum vt cubo. veluti procubo procubui procubitum etc. patet in prima coniugatione.

Scribo. Scriba. ¶ Scribo psi ptum. i. literas formo: scriba qui ad alterius iussa scribit. Scribo i. librum compono scriptor libri author. Composita producunt penultimam vt ascribo ad aliquid scribo.

Inscribo. Suscribo. Ascribam te numero vel in numerum pigrorum. Et imputo: vt ascribis mihi que nunquam feci. Conscribo constituo. proscribo eiicio e civitate. Macro. Non facile est in eum scribere qui potest proscribere. Etiam significat venale exponere. Subscribo consentio si fortuna subscripserit voto meo non egebis. Et sub alio scribo et annecto. Horati. I puer atque meo citius hec subscribe libello. Sic etiam sunt inscribo exscribo perscribo circumscribo transcribo etc.

Nubo. Nubo viro trado. Ovi. Si qua voles apte nubere nube pari. Nupta. i. maritata et vxor. Aliquando de viro dicitur. Idem. Tibi nubere nam ego volens votis erde dei. Plau. in casi. Libet etiam nunc quid agat scire novum nuptum. i. maritum. ca significatione satis propria teste Prisciano nubilis puella: matura ad nubendum nubo primo significabat operio et te

Nubor. Pronubo. go et ad sponsas translatum est quia capita earum velabant. Obnubo. i. obnubilo et tego. Ver. Arsurasque comas obnubit amictu. Lectum est passiuum nubor in euangelio. In celo neque nubent neque nubentur. Composita producunt penultimam: vt connubo. i. simul nubo innubo ad domum viri transeo. Innubus qui vxorem ducit. Innuba que viro traditur. Sed hec nomina penultimam corripiunt. Pronubo nuptiis presum. hinc contra primitiuum penultima correpta pronubus qui nuptiis preest: grece paranymphus dicitur. pronuba que nuptiis preest.

In vi tum muta sco pasco dat tibi pastum.
Agnosco cognosco dabis per itum. nihil autem
Glisco dabit: velut inceptiua poposcit habeto
Poscere. vt disco didici: compescit vi dis.
Hec per itum flectam. Conquexi tolle supinum.

¶ Verbum desinens in sco mutat sco in ui syllabam et tum. vt cresco creui cretum. nosco no

Agnotum. ui notum quiesco quieui quietum suesco sueui suetum ascisco asciui ascitum. conscisco consciui

Noscitum. conscitum decisco desciui itum. Author Prisci. primo tamen hec preterita et supina aliunde videntur deriuata vt queo sueo etc. nam Carisius suco dicit sed quia primitiua hec exoleuerunt

* Antiquiores gliscoris. declinabant in cepti forme verba ptis et ius punis carent. si quid ex eis mansit aliis damus. veluti in nobis vasorum dicimus esse a vas quia vasum deest in vsu. Excipiuntur a regula aliqua. vt pasco cognosco agnosco que preterita regulariter formant paui cognoui agnoui supina vero contra regulam pastum cognitum agnitum. Legimus tamen aliquando regulariter agnotum. Sallust. in. ii. histo. Neque inermes ex prelio viros quemquam agnoturum. Nosco notum in vsu habet videtur etiam noscitum aliquando habuisse. vnde noscitarus et frequentatiuum noscito as in vsu est: et ignosco participium futuri temporis etiam facit ignosciturus teste Prisc. Glisco caret preterito et supino: licet olim fecerit glisci gliscitum. Item preteritis et supinis carent verba inceptiua. i. inchoatiue forme saltem propria. Capiunt autem preterita a primitiuis. vt calesco calui: et pesco tepui: que preterita magis a calesco et tepesco vult esse Valla: quia a caleo tepeo quorundam primitiua parum sunt in vsu vt incre besco increbui. senesco senui a seneo etc. Actius. Pecora languentque senectque. hec supi

Calesco apud antiquiores. na penitus carent. Calesco olim proprium preteritum calescere faciebat. Cato apud Marcellum. Aures nobis calescerunt ad iniurias. posco poposci: disco didici: compesco compescui: dispesco ui. Que quatuor faciunt supina in itum: vt poscitum discitum etc. Ego supinum nobilibus adulescentibus expositum caput: in quod mucrones acuant. Antiquissimi teste Gellio peposci per e in prima syllaba dixere. Conquinisco conquexi sine supino dicimus.

Crescо. Cresco. i. augeor. Iuuena. Crescit amor nummi quantum ipsa pecunia crescit.

Hinc cretus ta.tum.i.ortus natus. Accresco ad aliquid cresco. Concresco simul cre
sco coalco. lac cōcrescit hec rōnet. Cōcretus sanguis ⁊c. Decresco minor fio. Mar. Cresco.
Decreuere greges dum cadit hagna, frequēs. Incresco valde cresco: succresco sur
sum vel latenter cresco. Nosco non ignoro: nosce teipsum. Agnosco cognosco digno
sco ferme significant idem qđ nosco. Ignosco.i. veniā do. Terenti. Pater obsecro vt Nosco.
mihi ignoscas. quiesco.i. nō moueor. Itē dormio ⁊ curis siue labore vaco ⁊ quiesce
re facio. sic actiuū regit. Plau. Quiesce tumultū hunc qui est ante ostium. Vergili. Et
mutata suos requierunt flumina cursus.i. quiescere fecerūt authore Seruio. Sal
lustius. Paululū requietis militib⁹ requiesco.i. quiesco. Cice. Nisi corpus exitio nō re
quieturū. Quiesco primariū esse docet Gelli. ⁊ ab eo. qui. tē dici potius quā contra. Quiesco.
Acquiesco.i. quiesco ⁊ cōsentio ac cōdescendo. Hiero. in plo. Iudith Acquieui postula= Requiesco.
tioni vestre. Cōquiesco idē quiesco ¶ Suesco.i. soleo. Cicero Metello. A te id quod Suesco.
suesti pete me absentē diligas atq; defendas. Assuesce cōsuetudinē habeo cōsue=
scere. desuesco cōsuetudinē perdo. Insuesco valde suesco Teren. in Adel. Qui mē
tiri vel fallere insueuerit patrē tāto magis audebit ceteros. Insuetus nomē.i. non
assuetus. ¶ Cōscisco ascisco ⁊c. hūt ptā nō ppria sed primitiuorū ascio cōscio ⁊c. que
expoleuerūt: ideo tanq̄ ppria ptā ac supina dant derivatiuis. ¶ Cōscisco.i. consen Conscisco.
tio ⁊ sciens ꝯsentiensq; infero. Cice. Mario mortē mihi cur cōsciscerē causa nō esset vi
sa cur optarē multe. Itē cōstituo ⁊ decerno. Liui. li. 4. Cēsuit ꝯseni.t. ꝯsensuit: vt bel
lum cū priscis latinis fieret. Ipsum scio vel scisco etiā statuere aut decernere signi
ficat Plau. in Cur. Rogatiōes plurias ꝓpter vos ppl's sciuit quas vos rogatas rū
pitis. scisco ēt p scio capit. Idē in Amphi. Occius occurro vt sciscā qđ velit. Consci Scisco pro
sco etiā significat ꝯtraho. Colu. lib. vij. Diligēs pastor stabulū quotidie ꝯuertit nec scio.
patitur stercus humorē ꝯscire lutūve capris inimica. Prescio ⁊ p̄scisco vtrūq; in vsu
est p presentio. Ascisco adiūgo assumo arrogo attribuo aggrego admitto aliquan Ascisco.
do legim⁹ ascio. Colu. Hāc ascim⁹ q̄si agriculture partē huic ꝯtrariū est descisco a Descisco.
duce meo. Lac. lib. iij. Desciuerūt a te ⁊ abiecerūt legē tuā.i. defecerūt ⁊ recesserunt
descisco ab opinione tua.i. dissentio. Pasco.i. nutrio vt pasce oues meas. pascuis ci= Pasco.
bus de ꝯstrictione. habem⁹ in Syntaxi multa. pasco herbā.i. cōedo ⁊c. Glisco.i. cre Glisco.
sco Sil. ⁊ gliscūt aduersa metu. Accipit p cupio. Papi. li. iij. Et ꝯsanguineo gliscis Disco.
regnare superb⁹. Exule v. teres gliscor eris. dixerūt teste Marcello. ¶ Posco.i. peto.
Ver. Tu mō posce deos veniā reposco repeto deposco valde posco exposco idē. Di Cōpesco.
sco capio doctrinā. dedisco negligo q̄ didici Plau. Haud equum facit q̄ qđ didici. Dispesco.
Edisco memoriter disco addisco.i. bñ disco. ¶ Cōpesco.i. coerceo cohibeo: domo ut. conquinisco.
Digito cōpesce labellū. fit a pasco vt sit eodē pascuo ꝯtineo. vt dispesco q̄si diuerso
pascuo diduco. Itaq; dispesco significat separo ⁊ dirimor. Pli. Nilus Aphricā ab Ae
gypto dispescit. Cōquinisco i. caput incli no vel cōniueo. Pōpo. apud. Prisc. Ad cū
vt cōquexi. intrim mulieres ꝯspiciūt Capit etiā p indignor. Plau. in Cist. Faciun=
dū ne puerile offm̄ ꝯquiniscāt ad cistulā ita expenūt: sed nō inepte mihi vr̄ posse ca
pi pore sensu. Oquinisco saneb etiā significat inclino vñ nec ꝓtū nec supinū inueni.
Pōpo. in pistore. Nisi quū aliq̄s subito obuiā occurrat mihi qui oquiniscat. Fest⁹ Ocqnisco.
dicit. Conquinere depuiare: vñ conquinisco videtur esse formatum.

A nota ci:ctum vinco dat: dicoq; xi: ctum

Vult duco. parco si sumq; pepercit itumq;. Do.

Icere ci:ctum: vult. In di: suin: do bene vertes.

¶ Vinco facit vici victū ablata n lr̄a. dico xi ctū: duco xi. ctū parco si. sum. vel peperci Vinco.
parcitū. ico ici ictū. depcitū: q̄ aliq̄d negāt parco peperci supinū h̄re, Pli li. xxxiij.
Italie parcitū est vetere interdicto patrum. Vinco.i. supero. Cice. Facile est vincere Dico.
non repugātes. Conuinco: euinco deuinco idē. ¶ Dico.i. loquor ⁊ minor. Cōposita
pducunt penultimā. xt addico.i. adiudico. index addixit mihi domū. Mart. x ⁊ ad
dicebant atroci supplicio. Cōdico ꝯstituo: dico iubeo edictū mādatum. Indico de Duco.
nūcio. Rex Anglorū indixit Frācis bellum. Interdico prohibeo vt interdico tibi do
mo mea. Predico ante dico. Duco notū ē. Sen. Fata volētē ducūt nolentē trahunt Traduco.
capit p indicare ⁊ estimare. Ver. lib. x. Tāton me crimine dignū duxisti? Tul. Nec
fas esse ducebā: hinc adduco induco reduco q̄ satis nota sunt. Traduco trās aliqđ

duco deduco in viã vel domũ duco: vt deduxi sociũ meũ. Subduco clã tollo. Mart.
Seduco. Subduxit mappas quatuor hermogenes. Et leno. Vergi. Qua se subducere colles
incipiunt. hinc subduco nauẽ i. ad terrã traho. obduco circũduco: vel tego: vt nubes
obduxerũt celũ. Seduco seorsum duco. Verg. Et cũ frigida more ala seduxerit art°.
Cice. lib. v. episto. ad Atti. Seduxit eum Scaptius i. seorsum duxit eũ et extra alios
Persi°. non tu prece poscis emaci. Que nisi deductis nequeas cõmittere diuis. Plau.
in Aulularia. Eo nunc secreto ego huc foras seduxi et quia latrones et quicũq; ma-
Conduco. lũ machinant solent hoiem seducere ne alij assim: ideo seduco capitur pro decipio
Teren. in Andria. Etiam nũc me seducere istis dictis postulas. significat etiam de-
pono. Cic. pro Flac. Remittãt spũs: cõprimãt alios suos seducãt arrogãtiã. Condu-
co aliquid precio accipio. Plau. in pseu. Quantulo argẽti te cõducet pseudolus: sic
conduxi domũ. is a quo pducit locare rem dicitur. Capitur etiã p duco et congrego
vel colligo. item vtilis sum. Sapiẽs. Nescit hõ qd sibi cõducat. diduco i. separo di-
Parco. uido. Quin. Quũ peregrinatio mea nos deduceret. hec oia penultimam producũt.
¶ Parco abstineo quasi parũ tango (vt aiũt) vt parco nimis lachrymis et c. Et ve-
niã do atq; ab vltiõe. abstineo. Liui. li. xxv. Necdũ eos capue par suros. Ver. Parce-
Ico. re subiectis et debellare supbos. Comparco i. parco reparco iterũ parco. itẽ parco.
i. seruo. vt cui parcis hec parcus qui sumptib° parcit. ¶ Ico i. percutio. ict°. a. um.
Icio. i. pcussus. ictus us. ui. pcussio. Iuue. Duceris planta velut ictus ab hercule Cacus.
Sulpitius ponit icio. vt facio. Pli. Fulmine laur° sola non icitur. Liui. lib. i. Ibi in
Mando. turba ict°. Remus cecidit. pducit tam in pñti q; in ptõ contra Prisci. et plures. vt
probaui in vsificatoria. ¶ In di sum do bñ vertes. Do mutat in di et suz vt Mando
Mansus. di. mansuz. i. comedo: vel dentib° cõficio. Liui. Andronicus. Quũ socios nfos man-
Remando. disset impius cyclops. habuit teste Prisci. etiã mãdaui et mãdidi gemino didi. ne
credas carere supino: licet nõ adeo frequẽs sit. Quinti. Cibos mãsos dixit. Cicer. in
ij. de oratore. Oia minime mansa (vt aiunt) nutrices infantib° pueris i os inserãt.
Seren° purgatur cerebrũ mansa radice piretri. Remãdo rursus. mando et rumino
Mãdo as. pme. i. cõmitto et c. manduco as. mando is. it. i. mandibula et maxilla quũ
Scando. dẽtes sũt. ¶ Scãdo scãdi, scãsũ supinũ raro ẽ in vsu. hl et tñ fit scãsilis. Cõposita mu-
Descendo. tãt a i e vt ascẽdo descẽdo vba satis nota ascẽdi ascẽsũ et c. Inscẽdo i aliqd scãdo. con
Offendo. scendo. i. scãdo. defendo di sũ. i. ptego. Offẽdo di. sũ. i. ledo vl facio iratũ. offẽsa i. talis
lesio. Offendo ẽt. i. inuenio. Terẽ. Terẽtẽ telã studiose ipam offendim°. Simplex fen-
Incendo. do nõ est in vsu. Incendo incẽdi incẽsum est accẽdo. i. ardere facio. Plautus. q; mox
Accendo. incẽdo rogũ. Succendo idẽ incendiũ: inflãmatio. Simplex: cando is. non est in vsu.
Calepinus negat hec a candeo deriuari: q; cadendo neutrũ est. Accendo incẽdo et c.

Tolle cado cecidi casum. pandi cape passum.

Edi sum vel stum. dat pedo pepedit itumq;.

Cedo cecidit habet sic pendo pependit: et in sum.

Fiet vtrumq;: quibus par tendo est: dans quoq; tentum.

¶ Cado cecidi casum: pando di. passum. Edo pro comedo edi esum vel estum. Pe-
do pepedi peditũ: caedo cum ae diphthongo cecidi. secũda longa: cessum. pendo pe-
pendi sum: tendo di. sum: vel tentum. horum quinq; geminãt principium preteriti
Cado pedo cedo pendo tendo quorũ composita nõ geminãt. vt incido incidi penul-
tima breui a cado. oppedo di. occido di. a cedo penulti. lõga appendo di. attendo di.
Cado i. ruo. vt cecidit i foueã quã fecit. et morior. Ver. Sz cadat añ diẽ. Caduc° et ca-
duc°. i. cadens. cõposita mutãt a i i bre. vt occido di. occasuz. descẽdo deorsum ruo vt
sol occidit: hinc occas°. et morior i epitaphio Tullij. Occidit indigne manibus lace-
rat° inidis. Tul. ab tumulo cõdit° exiguo. Procido añ aliquẽ cado. recido iterũ cado
accido cõtigo. excido i cido decido satis nota sũt. Nec solũ occido supinũ hz. vt quidã
arbitrant: sz etiã alia lz rari°: vt recido recidi recasuz. Sue. in Aug. Cũcta in ipsos
recasura. Cic. ad Atticũ. id ego puto ad nihil recasurũ in iustiniani institu. Si in po-
testatẽ pris recasuri nõ sint. Pãdo i. aperio et patefacio. Beda vult etiã pãsum bre-
vt mãsum. sz Gelli° li. xv. cap. xv. ostendit rectius gemino ss passum dici vt passus
capillus. id est, porrect° ac sparsus: passe manus passa vela. id est diructa ac distẽ-
ta. Vergilius. passis de littore palmis. hinc expando di. expassum, id est extendo.

Plautus per secūdā vocalē dispessis dixit apud Gell. Credo ego isthoc exēplo tibi
esse eūdū extra portā dispessis manib⁹: patibulū quū habebis Oppādo circun=
pando. In exodo. Velū qđ añ illud oppandit̄. Propādo vltra pando. repādo a quo
repādo qđ retrorsum. ptʒ pād⁹ apertus. pādo as. prime .i. incurro. trabs sub onere
pandat̄. Edo es est .i. comedo. Mart. boletū qualem Claudius edit edas. supinum
est esum. hinc esurus a. um. Plaut. vbi sumus, esuri. esum in simplici exoleuit: ⁊ in Edo.
vnico cōposito vtimur qđ est comedo di. sum. vel comestū: reliqua solū esuʒ retinēt
vt exesum ambesum adesum obesum ⁊c. ⁊ sepius comesus teste. Aldo ꝙ comestus
dr. Iuue. Et cito rapturus de nobilitate comessa qđ superest. Sal. apđ Diomedē. Comedo.
Patrimonia comesta. Cice. p cluētio. Potius comestū ꝙ epotum in venas atqꝫ oēs
partes corpis emaneret. adedo .i. rodo ⁊ deuoro. Ver. Nā sepe fauos ignot⁹ abedit Ambedo.
stellio. idē .iiii. ene. Et postib⁹ hesit adhesis. Ambedo circūrodo. ab am .i. circū ⁊ edo.
Idē .iii. ene. Ambesas subigat malis absumere mēsas. Peredo totū edo. caseus est
peresus. Semedo dimidiū edo. Vbū credo parū reperiri: sʒ bñ semesus a. uʒ. Obedo
circūedo. Obesus corrosus. Itē pinguis. Pli. Assidua satietate obes⁹. Exedo exodo
hinc mons excelsus dr. Edax .i. vorax. edulis edule: qđ edi pōt. edulium cib⁹. inedia
fames. Pedo vētris crepitū facio supinū est peditū: lʒ nō sit multū frequēs. Catul. Pedo.
Subtile ac leue peditū libonis est. oppedo contra pedo. capit̄ p dissentio ⁊ aduersor
Hora. Vim tu curtis iudeis oppedere. Pedor nomē .i. immūdicies fetor. ❡ Cedo .i.
percutio ⁊ amputo. in cuā. Alii. cedebāt ramos de arboribus. Ceduus cedi solit⁹ vt Cedo.
cedua sylua. Itē interficio. Verg. Cedunt̄ vigiles portisqꝫ patentib⁹ oēs Accipiunt * Ceduus
socios atqꝫ agmina cōscia iungūt. cedes occisio. Cōposita mutant ae diphthongū adiectiuū.
in .i. longū. vt occido di. sum .i. noceo aut interficio. Excido ex aliquo cedo. vt excidi
colūnā. Decido emputo. Concido simul cedo. Incido seco: pcecido amputo: vt ante
alia cedo. Recido seco amputo. circūcido .i. circunscindo. vt numm⁹ est circūcisus. Hora. Si=
❡ Pendo suspendo. vt pendo furē vel togā. Etiā significat pōdero ⁊ estimo sustineo gantū vesi
Lact. lib. ii. Eosqꝫ impietatis ac sceleris sui supplicis pēsuros. Pēsio ē solutio cōdu ca pependit
cte rei vel sub cōditiōe certe pecunie dāde al'r habite. Appendo ad aliqđ pēdo. Ex=
pendo expono. expēsa .i. sumptus. Etiā significat estimo. Iuue. Expēde hannibalē. Pendo.
At soluo. Ver. Voluisti expēdere penas. Impēdo do adhibeo. Impēdisti mihi ma= *Impē=
ximū bñficiū. Impēsa vel impēdiū sumptus. Nō parco impēsis. reddes mihi impē sis vitā pn
diū. Suspēdo sursuʒ pendo. Suspensus .i. dubi⁹ ⁊ incertus. Verg. Dicā equidē nec cipis ānu
te suspensum nate tenebo. Rependo .i. reddo. Verg. Si vera ferā si magna rependā. meres.
Perpēdo .i. cōsidero examino. Perpendiculū est instr̄m edificātiū quo perpenditur
altitudo vel equalitas rei. Pendo Alexāder vult etiā pendi facere. in preterito
❡ Tendo tetendi tensuʒ. Luca. in .i. At varias ignis tēsa dedit aere formas. vel tē= Tendo.
tum. Author Priape. Tētaqꝫ ad exemplū sit sua turba dei. sic cōpōsita intēdo intē=
sum ⁊ tū ostēdo ostēsum ⁊ ostētū. Extēdo sum. ⁊ tū. ⁊c. in qbusdā alterū frequentius
inuenit̄. Tēdo .i. expādo. Ver. Tēdūt vela noti. i. illi vēti. Hora. Neqꝫ sp arcū tendit
Apollo. At pficiscor. Ver. Quo tenditis: vñ venitis. Et conor. Idē ille sil' manib⁹ tē
dit diuellere nodos. Et tētoriū pono. Ver. hic seuus tēdebat achiles. Et offero idē.
Paruūqꝫ pri tēdebat Iulū. At pono. Sall .i. nterea Rome multa simt̄ moliri: cōsuli
insidias tēdere. Attēdo cōsidero. cōtēdo certo. Ausim cōtēdere .i. (vt vulgo dr) depo
nere vñ aūt dicere ausim tecū deponere aureolū. Itē diligēter peto vel exigo ⁊ valde
de tēdo. Ver. Cōtende tenacia vincla. Portēdo an tēdo ⁊ psignificoqꝫ si porro .i. pcul
tēdo. Cometa portēdit aliquā cladē portentū monstrū aliquid portēdēs. pretendo
ostendo ⁊ añ tēdo. Ver. Paciferequꝫ manu ramū pretēdit oliue. Obtēdo cōtra tēdo vl'
cōtradico. Intēdo / attēdo / ⁊ valde tēdo. Ver. Intēdūt acres arcus intentus .i. atten
tus: ⁊ operā euiqꝫ rei nauās itē intendo .i. augeo qr qđ tēdit̄ augeri videt̄ intētio .i.
ppositū apud iuniores id Valle nō placet: intēdo ēt significat extēdo. sustēdo. clā te
do ⁊ machinor. Sal. Sustēdit insidias militi. distēdo multuʒ extēdo Ver. Et dulci
distendūt nectare cellas. Ostēdo .i. demōstro: qsi os .i. rei faciē tendo. frequētatiuū est
ostendo. qđ significat ostēdo cū iactantia. hinc ostentatio .i. iactātia: aliqñ simpliciter
significat ostendo. Plau. in aulu. Altera manu fert lapidē: panē ostentat altera.

Quod do componit didit atqꝫ ditum dabit vsqꝫ.
Hic tamen abscondi quod itum poscit mage ꝙ sum.

Sido preteritum nescit rudo strido supinum.

¶ Compositum tertie cõiugationis a do facit dedi in preterito editũ in supio: vt ad
Condo — do addidi additũ.i.iungo abdo aufero vel abscõdo. Condo.i.facio.vt condo vrbem
*Edo nõ — et cõstruo vel tego. Pli. Formice cõdũt estate fruct⁹ quibus hyeme fruant. recun
rece: e p cõ — do & abscõdo hinc ducta significãt tego. Cõdo.i. sepelio. conditorium.i.sepulchrũ.
pono poni — Edo.i.publico. Mart. Quũ tua nõ edas carpis mea carmina Leli Carpere vel no-
tur. — li nfa vel ede tua. Naso. Ede tuũ nomẽ.i.exprime. Item pario. Iuue. Si mulier vi
tulum vel si bos ederet agnũ: male capitur p cõpono. Dedo.i.in ptãtem do. Teren.
Tibi pater me dedo: quiduis oneris impone: ac impera. deditus ludo q̃ multũ lu-
dit. deditus vtuti; deditus vxori q̃ seruit vxori: & ei nimis cupit placere. Indo impo
Trado — no: vt indo filio nomẽ. Inde pulti butyrum. Obdo oppono. Terẽ. pessulũ ostio ob-
Pdo. — do: & claudo. Naso. Pasce fores obdone qs discedere possit. Predo pro alijs do nõ
multum est in vsu. hinc pditus plus alijs donat⁹ .vt pditus vtute. pditus nequa.
Trado in ptãtem alterius trãsfero: vt iudas tradidit xpm iudeis: trado tibi nũmũ
Credo. — significat etiã doceo. Paul⁹. Accepi a dño qd & tradidi vobis. pdo manifesto. Verg.
Abscondo — Tectus recusat pdere voce sua quẽq̃. Etiã significat dolo tradere vel rem alteri⁹
aperire. Itẽ scribo. Pli. Quũ hec pderẽ. Redo rursus do/restituo/pdo/ amitto. Iu-
uc. Stultũ est post oia perdere naulũ. Et occido. Teren. Dij te perdant. vendo dedi.
a venũ & do. Credo quasi cretũ.i.decretũ & firmũ do qd etiã significat cõmitto. Ver.
Iussus se credere celo. oia mea tibi credo. Abscõdo sine geminatione abscõdi facit
et absconditũ meli⁹ q̃ absconsum teste Diomede. Et caper negat absconsus latine
dici. reperit tñ in sacris. Hier. in eccl. c iiij. Denudabit abscõsa sua illi. ¶ Sido ca-
Sido. — ret pterito pprio: ergo etiã supio: & dr pteritũ a sedeo capere sedi pter significatio
nis cognationẽ: & significat descẽdere siue ad sedẽdum firmãdũ manẽdũve ponere
Consido — Verg. de auib⁹. Sedib⁹ optatis gemina sup arbore sidũt. Lapis aque immissus si-
Subsido — dit. Consido & subsido. idẽ. Quis qs es hoc poteris mecũ cõsidere saxo. Idẽ. Iussit et
extẽdit cãpos: subsidere valles.i.descẽdere. Idẽ. Flumina subsidũt colles exire vi-
dẽtur. Persido valde & pfecte sido & psisto. Rudo rudi. strideo stridi: nesciũt supinũ
Strido — ¶ Strido.i.strideo. Rudo grauiter sono: pprie est asinorũ. Ouid. Intẽpestiuo quũ
Rudo. — rudit ille sono. Verg. etiam leones rudentes dixit. Sera sub nocte rudentum.

Tondo facit tutudi tonsum: compostaq̃ tusum
Scindo scidi scissum. Dat fido fidi quoq̃ fixum
Et fundo fudi fusum. Si sum dato ludo.
Diuido cum vado ludo ceu ledere trudo.
Et rudo plaudo claudo & cedo geminans ss.

Tondo — ¶ Tondo facit tutudi geminãs principiũ. in supino aũt tõsum. in cõpositis abiecta
n, lra tusum facit. vt ptũdo ptudi ptusum. veteres teste Diome. in ptõ tonsi dicebãt
Tondo.i.pcutio pulso. & in vase quippiã cõminuo. Ver.i.ene. Suppliciter tristes &
tonse pectora palmis. Rea tõdam⁹ pectora. Ver. iiij. ge. Profuit & tonsum galle ad
miscere saporẽ. simplex aliqñ etiã abijcit n in supino id lram intelligas de frequẽ-
tiore vsu. Pli. lib. xxj. Hec tusa cribrataq̃ vino q̃tũ possit excellẽti. Cõtũdo f.m ul tõ
do: extõdo excutio vel inuenio. Verg. Dat varias vsus meditãdo extõdere, artes.
Obtũdo ptratũdo vel hebeto as. vñ obtus⁹. Idẽ obtũdo.i. nimis verbis molesto. Ter.
ne me de hac re obtũdas sepi⁹. Pertũdo pforo. Iuue. O. medici mediã ptũdite venã
Sacc⁹ ptusus q̃ hz. foramẽ: retũdo reprimo. Scindo scidi. scissuz. & findo di. ssum p
dunt n. tam in pterito q̃ in supino vbi geminãt ss. Fundo fusi fusum nõ geminat s.
sed pdit n tam in ptõ q̃ in supio: vt tũdo tutudi in pterito. Scindo scidi. vt scide pa
nem. Cõscindo simul scindo. abscindo amputo excindo destruo vel ex aliq̃ scindo ex
Fundo — cidium destructio: rescindo iterũ scindo vel nõ seruo: vt rescindo pactum. Cõposita
Scido oll — a scindo & findo in pterito corripiũt penul. Scindo apud veteres geminabat princi
geminata, — pium pteriti & dicebat sciscidi. Actius apud Prisc. Nõ ergo aquila vt pdicãt sisci
pma sylla — derat pect⁹. nũc absq̃ geminatiõe scidi dicim⁹. Luc. lib. xiij. Tellurẽ subitis aut ob
ba sciscidi — ruit aut scidit vndis. Mar. Vnguẽtũ fateor bonũ dedisti. Cõuiuis here sz nihil sci-
faciebat. — disti. Fuerũt olim plura pncipiũ aut finem pteriti geminãtia. vt descẽdo descendi.

fecit olim etiã descendidi. Ualeri. Anties apud Gelli. Te inde funere locato ad forũ
descendidit. Liberius apud eundẽ. Ego mirabar quomodo mihi descendiderant. Descẽdidi
¶ Alexãder dicit prendo etiã geminare finẽ p̃teriti vt dicat prehẽdidi. ⁊ sic Hier Prendo.
visus est nisi mẽdosi sint libri. Afferte de piscibus quos prẽdidistis. In quẽ locũ sic
ait Ualla. aliũ codices melius habẽt cepistis ⁊ ceperũt: alij optime ⁊ q̃dem vetustio
res reprehẽderũt ⁊ prehẽdistis. Et paulo post. Non puto inquit ab interprete trãs
latum per vocẽ barbaram prendiderũt ⁊ prendidistis. Prendo ergo nullo modo ge
minabit finẽ preteriti qz id solus Alexãder tradidit. Phocas aũt dicit prendo pre=
di: vt mãdo mãdi. Sta. j. syl. Prendidisti portus. Luca. Magnꝰ que prẽderat hesit.
Prendo vel p̃hendo idest capio. vñ app̃hendo dep̃hendo ꝯprehẽdo rep̃hendo. i. ar=
guo ꝟsus gr̃a apprẽdo ⁊c. Findo diffeco: clieuẽ. diffindo idez. Fissilia ligna fixa. Fũ
do liq̃facio vel liq̃dũ spgo ghietẽ: vt fũdo aquã: fũdo ollã. i. ollã fundẽdo facio: fusi=
le qđ fundit vt fusilis statua. Fusor q̃ fũdit vasa erea stãnea ⁊c. Etiã significat abũ F ndo.
danter prebeo. Uerg. Ipsa tibi blãdos fundẽt cunabula flores. Et ꝓsterno. vt fundo Fundo.
hostes. Cõfundo simul fundo ⁊ pturbo. bescamẽ. diffũdo late ⁊ in diuersa fũdo. Of=
fundo ꝯtra fundo: Profundo nimia expẽdo q̃si ꝓcul fundo. hic ꝓfundit pecuniã. i. ⁎ Profun
male expendit: talis sul ꝓfusus: dr refundo reddo. deus tibi refũdat. Huiꝰ ꝟbi ꝯpo do.
sita nusq̃ penultimã corripiũt. ¶ Si suz dat ludo. Pauca ꝟba mutãt d in si ⁊ sum
vt ludo lusi lusum ⁊c. sz cedo geminat vtrobiqz ss. cessi ssum. ¶ Ludo. ludũ exerceo ⁊ Ludo.
iocor. Pli. Ludere me putas. kero pcto: ⁊ etiã ideo vel decipio cũ actõ. Uerg. Multa
malus simulãs vana spe lusit amantẽ. Alludo ad aliq̃d ludo vel blãdior. Canis al Eludo.
ludit hero Colludo simul ludo: licet ne vobis colludere: Eludo ⁊ deludo ac illudo. ⁎ Deludo
i. derideo ⁊ decipio. p̃ludo añ ludo. Preludiũ principiũ ludi. ¶ Diuido diuisi diui= Diuido.
sum i. patior. diuiduꝰ. i. diuisibilis: indiuiduꝰ indiuisibilis. Uado. i. eo. Euado exeo Uado.
vel effugio. Nemo põt euadere manꝰ dei. Uerg. Iuuat euasisse tot vrbes. Ter. q̃ ti= ⁎ Euasi.
mea quorsuz euadat. i. tẽdat. Ioãnes euasit doctꝰ aut in doctũ virũ. i. factꝰ est doctꝰ. Rado.
Hora. per syncopã dixit. Euasti credo mutuo doctusqz cauebis. i. euasisti. Inuado
meo. Uer. Tuqz inuade viã. idẽ. Inuadunt vrbẽ sopno vinoqz sepultã. Rado. i. cultro
vel quis re acuta decerpo vt rado barbã: rado ollã rado terrã. Auis radit a: rẽ id est
secat. Uerg. de colũba. Radit iter liq̃dũ celeres neqz ꝯmouet alas. Corrado colligo. Ledo.
Ter. Minas decẽ corrasi alicũde. abrado erado nota sũt. ¶ Ledo dolore afficio aut
malũ infero. Cõposita mutãt ae diphthõgũ i i lõgũ: qđ vndiqz seruãt: vt allido allisi
allisuz ad aliq̃d ledo. allisi caput parieti vel ad pietẽ. Collido fortr̃ ꝯcutio vt occido
elido idẽ. illido ĩpellẽdo ledo vel trudo Uerꝰ illisit nauẽ scopulo vel scopulũ. Illesus
i. nõ lesus nomẽ ẽ: qz illedo nõ dr. ¶ Trudo manibꝰ pedibusve ⁊c. ĩpello mola tru= Trudo.
satilis q̃ manibꝰ versat Extrudo expello intrudo vt induco detrudo depello. Uerg. Rodo.
Detrudũt naues scopulo. ¶ Rodo mordẽdo comedo knaghen: mus rodit caseum:
caper rodit vitẽ: canis ossa capit ꝓ detraho. Hora. Absentẽ q̃ rodit amicũ. Corrodo Plaudo.
cõtero: erodo dẽtibꝰ effodio. panis est erosus a muribꝰ. ¶ Plaudo manibꝰ ꝑcutio et
gestu letitiã indico. Applaudo ad aliquẽ plaudo. Uer. pe pedibꝰ plaudunt. Canis
applaudit dño suo ꝓ eodẽ dxplodo is: aut au i o ꝟsa: vt fit i plaustrũ plostrũ. Explo
do plaudẽdo eiicio Cõplodo ꝯcutio. In lib. iudi. Ceperũt ꝯplodere interse lagenas.
Claudo vel mutata au i u lõgũ cludo clausi clausuz vel clusi clusuz qđ vetustiꝰ est. i. Claudo.
opio. Cõposita au ĩ u lõgũ ꝟtunt. vt includo excludo. recludo. i. aperio. secludo.
seorsum claudo: vt sit solus. Occludo. i. claudo Concludo simul claudo: ⁊ oẽm exitũ Cedo.
eripio. ¶ Cedo cessi cessum sine diphthongo. i. abeo ⁊ locũ do. Quint. Ubi necesse est ⁎ Propter
vinci expedit cedere naso. Cedo repugnãti cedẽdo victor abibis Etiã significat in illam affi=
partẽ venio. Idẽ. Cesserũt nitidis habitãdc piscibꝰ vñ. Cõposita penulti. ꝓducunt nitatẽ que
Accedo adeo. Excedo exeo vel supero. Concedo ꝑmitto. ⁊ do ⁊ eo. vt cõcedo ad forũ est iter au
Incedo ãbulo. Succedo sequor. ⁊ in locũ alteriꝰ venio vt Petro successit Linꝰ. ⁊ in ⁊ u ⁊ cludo
tro. Uerg. Nostris succede penatibus hospes. ⁊ ꝓcedo vel euenio ois ꝓspere succe dicimus.
dunt. Secedo seorsum eo secessus secretꝰ locus. antecedo. precedo recedo decedi di Marti. vi=
secedo satis nota sunt. ¶ Cudo Diomedes cum Carisio ⁊ Phoca in p̃terito cusi vel deor mihi
cussi hr̃e dicit quod authoritate ꝓbari nõ potest: ideo Prisc. dicit hr̃e cudi cusum meo iure
Unico s. vt mãdi mãsuz: ideo in litera hoc verbũ nõ excipimꝰ. Uer. j. enei. Ac p̃miũ si facturꝰ s si
lias scitilã excludit Achates Susceptitqz ignẽ folijs. excludit p̃teritũ est teste Ser eplam ꝟsi
uio qz sic ait excludit. i. feriẽdo eiecit. Diomedes quoqz per hũc Uergilij locũ ostẽdit bus clusero.
melius hr̃e cudi q̃ cusi. Alexander igitur recte dixit cudi preteritũ esse. A supino Cudo.

est cuso cusas quod nō est in vsu. hinc tamē sunt accuso incuso ⁊c. a ithor. Prisc licet aliquis a causa deriuēt vel a causor. ¶ Cudo ferrum percutio: vt aliquid ex eo fiat sincdem. Excudo cudendo facio. Vergi. Excudent alii spirantia mollius aera. Fido fisus sum: in sequenti libro patebit.

60. Go. vel guo xi ctumq; facit. tamen ista supinis.
N tollunt pingo cum stringo fingo fingere ringo.
Tango facit tetigi tactum. dat ago egit et actum.
Vult frango fregi fractum. pegi pepigiq;.
Et panxi panctū pango. capiet lego gi ctum.
At xi ctumq; dabunt intelligo negligo dili.
Dat pungo pupugi punxi punctum venit inde.

Pergo. Affligo. Confligo. Infligo. Rego. * Surrigo ⁊ per syncopen surgo: isurgo vt vult Nebrissensis.

¶ Verbum in go vel in guo desinēs facit xi in ptō ⁊ ctum in supino p̄cedēte c: vt pergo perrexi perrectū .i. in re p̄cedo. Terent. Si pergis abiero. Persius perge taceo. Quo pergis .i. vadis? Affligo crucio vel molesto. In Leui. Nolite affligere contribules vestros. ¶ Cōfligo pugno. Infligo incutio. Plaut. Infixit mihi vuln[us]. Producūt hec penul. quorū simplex fligo obsoleuit. ¶ Rego guberno. Cōposita mutant e in i. breuē: vt arrigo arrexi arrectū .i. eleuo. Terē. arrige aures Pamphile. Corrigo correxi correctū .i. emēdo. Terē. Si qd peccatū ē arte corrigas. Dirigo direxi directū .i. duco ⁊ recte ordino. Surrigo: idē sursum leuo: vt equus surrigit aures. Surgo surrexi notum est. Exurgo idē. Assurgo honoris exhibēdi grā surgo. assurge p̄ceptori ⁊ sacerdoti ⁊c. Insurgo ↄtra aliquē surgo ad resistendū. noli parēti isurgere. male dicūt pueri pater nō est surrectus: dicant nondum surrexit. dictū est aūt surgo p surrigo: vt porgo p porrigo: lz id aū rego posuerit ⁊ porgo poetice p porrigo legit. qd significat extēdo vl offero porrexi porrectū: vt simplex rego. ¶ Plāgo plāxi plāctū .i. tūdo vel percutio. Oui. Plāgere nuda meis conabar pectora palmis. idē Tum demū pectora plāxi. significat etiā plorare ⁊ deflere: qr tum pectora plangere solemus. hinc plāct[us] ⁊ plāgor .i. ploratio. ¶ Clāgo .i. tuba sono vel cano. clāgor vox tubarū: est aliqñ aliarū rerū obstrepētiū sonus vt anserū ⁊c. Hyeron. ptm facit clangui in lib. Nu. Si semel clāgueris venient ad te pricipes. ¶ Stingo vl stinguo stinxi stinctū .i. deleo: obsoleuit.. Composita in vsu sunt. Extiguo .i. deleo occido. Instingo immitto inspiro: instinct[us] inspiratio. Restinguo extinguo vl cohibeo. distinguo discerno. Ninguit mixit niuez emittit.

* Ungo ⁊ vnguo plerique scribunt. inde vnguētū ⁊ vngentū.

Ungo sine u. Serui[us] dicit scribi. sic vnguentū vnxi vnctū olim habuit vngui. Ungo .i. corp[us] humore aliquo linio. mungo perūgo idē. vnguentū quo vngit aliquid vnguē idē. ¶ Tinguo cū u: post g: teste Capro. i. immergo. Verg. Stridētia tingūt aera lacu. Et colorē indo: vt tinguo pannū. plures dicunt etiā sine u tinguo: vt cū u vngo. intingo .i. tinguo: vt qui intingit mecū manū in parapside.

Pingo. Distringo. Fingo. Figulus.

¶ Tn ista supinis. Excipiūtur a regula quedā ⁊ primo que recte ptm formātia in supinis perdunt n: vt pingo pinxi pinctū .i. formā alicuius rei ductis lineis represento. Pictor qui pingit pictura ipsa pars. ¶ Striguo xi ctum i. p̄mo ⁊ arcto. Plini. Apprehensamq; manū stringit. Et percutio. Ver. lib. x. Atq; alz patrie strinxit pietatis imago. Etiā significat ensem nudare. Idē li. xi. Strictū rotat acer Lucanus ensem. Abstringo alligo. obstringo: obligo: cōstringo: cōprimo vel colligo. restringo: cōpello vel acto: distringo premo ⁊ abrado ⁊ denudo: hinc districtus gladius .i. exemptus e vagina. Extringo vel exprio declaro: stricte ⁊ strictim arcte ⁊ breuiter. ¶ Fingo finxi ctum .i. formo. Sallu. Veluti pecora que nature prona atq; ventri obedientia finxit. fingo vasa ex argilla. figulus vasorum fictor. figlina officina figuli. Etiā significat simulo vñ fictio ⁊ figmentū fictile quod fictū est: vtras. Et excogito. Terent. Fingunt quandam inter se fallaciam. Effingo ad alterius formam fingo. Effigies imago. effigiare effigiem facere. affingo ad aliquid fingo. Lactan. lib. iiij. Nihil nos affingimus: nihil nos addimus. Confingo simul fingo simulo. Terentius in phormione. Omnia hec confingam. Diffingo fictū formatumq; dissoluo. ¶ Ringo rinxi rictum. vel deponentaliter ringor rictus sum vel fui id est os

torqueo vt canes faciũt latraturi. Et ex ira l rugas os diducere. vnde ringi p irasci
indignari allatrare pulsare cõuiciari murmurare ponit. Teren. Ille ringitur: tu ri
des. Sido multũ ringit. ocyosa ꝟtus hinc rict⁹ vl rictũ: hiat⁹ est pars illa faciei in
qua rictio maxime apparet: vt labia ⁊c. Rhin grece narẽ significat hinc ringo dictũ
videt ex trita aspiratiõe. vt sit ringere, narẽ agere depones vsitatius est. Diome. et
Prisc. addũt mingo: qd Mancinellus ⁊ Nebris. pluresq; censent esse barbarũ aut
certe obsoletũ qr doctissimus quisq; nicio dicit nõ mingo. iõ ipse hoc ꝟbũ omisi in car-
mine nostro. de hoc in sequẽtibus plura dicã. Tango tetigi tactũ geminat pncipiũ
preteriti ⁊ vtrobiq; pdit n. Lucr. Tangere eni aut tãgi nisi corp⁹ nulla põt res. Ca
pitur p ferio siue percutio. Verg. de celo tactas memini pdicere querc⁹. Lucil. li. j.
Nec bene p meritis capit nec tangit ira. i. mouet. Item intelligo. Cice. postq; autẽ
cõsilia eius omnia tetigi. ⁊ peruenio. idem. Verres simul ac tetigit prouĩciã. Vete-
res dixere tago p tango qd exoleuit. ⁊ preteritũ eius tetigi datũ est verbo tango ob
soleto vetere pterito a tango tanxi. Composita mutant a in i: vt attingo attigi atta-
ctum. i. tango. ꝯtingo idem: vt euenio. Scis qd mihi ꝯtigit. in preteritis penultima
corripit. Contiguus. i. ppinquus ⁊ cõtingens. Oui. Cõtiguas habuere domos. Ob
tingo. i. euenio: pertingo. i. cõsequor. ¶ Ago egi actum. i. facio. tamẽ aliquid differẽtie
esse in Syntaxi docui. Quid agis respice finem. Et dico: vt ago causam. Et duco: vt
ago vaccas in prata. Et moueo: vt ago pultem. Et accuso: vt ago te furti. Et viuo:
vt nusq; mallẽ q; Louanij agere: dic etiã ago vitã: ago annũ trigesimũ quartũ hũc
librũ scribẽs. Et expiro: vt ago aiaz. i. morior. ⁊ psento: vt ago herculẽ. Perago pfi-
cio. perago reũ. i. ꝯuinco. peregi op⁹. Oia fere ꝯposita ab ago mutãt a in i breue. vt
abigo. i. depello. vt abige canẽ. ⁊ alalia furor. hostes abegerũt pecora nra: abigens:
vel abacior talis fur. Adigo ui. adduco vel impello. Liui. Censul adegit milites sa
cro. i. coegit eos iurare. Exigo. i. posco Mar. Exigis vt donẽ nros tibi Quinte libel
los. Et expello. Plau. Mulier exegit virũ a se. Et ago. Ver. Oẽs vt tecũ meritis p-
talib⁹ annos. Exigat. Et pficio. Oui. Iam q; opus exegi ⁊c. ¶ Redigo. i. reduco vel
induco impello. Terẽ. Tu hõ redigis me ad insaniã. meretrices multos redegerũt
ad inopiã. Subigo. i. subdo. Cesar rebelles sue ditioni subegit. Et compello. Ver.
Castigatq; auditq; dolos: subigitq; fateri. Etiam est acuo. idem subiungũt in cote
secures. Trãsigo. i. pago: vt quo trãsegisti hũc diẽ. Prodigo. i. cõsumo. Pla. Festo
die si qd pgrederis p festo egere licet nisi pepceris. hinc pdigus: sui: psusus alie-
ni. Cogo coegi coactũ p coago ab ago sit ⁊ significat cõpello vt necessitas me cogit
Et in vnũ ago. Ver. Tityre coge pec⁹. ¶ Frãgo gi actũ. i. rũpo vl destruo. Utrebiq;
perdit n. Cõposita mutãt a in i: vt cõfringo cõfregi actũ. simul frango aut frango vl
defringo: effringo extra frango. Hic se effregit carcere. Te. eschinus fores effregit
in edes irruit alienas. Refringo suffringo infringo offringo. i. frango. ¶ Pãgo pepi
gi geminato pncipio pteriti. i. paciscor vt multi dicũt. At Quintil. dicit pepigi esse
non a pãgo sed antiq ꝟbo pago pagis: sine n: vt in lege. xij. tabularũ. Ni ita pagũt.
Cice. lib. ij. ad herẽ. Pacta sunt q legib⁹ obseruãda sunt. Hoc mõ rẽ vbi pagũt oro-
ne pagũt vbi vlgo mẽdose legit pãgũt: lz Seruius dixerit pago sine n vsq; reperiri
Itaq; lz ex snia Carisij dixerim pãgo etiã pepigi habere tñ optime lz pegi. ⁊ for-
san panxi: qr hoc pteritũ nõ mõ Alexãder ponit: sed etiã Diomedes. ⁊ teste Prisci.
Carisius Pacuuius apud Priscianũ. In medio tonsillã pegi leto in littore. Pãgo
i. figo planto vel iungo. pactilis pactus. vt pactilis corona. Liu. Clauum pãgat: id
est signat. Col. lib. xij. Malleollus q; recentissimus curiosissime pangẽdus est. Mal
leoli sunt rami arboꝝ ⁊ maxime vitis qui plantant. Et scribo. Ci. tyroni. An pan
gis aliqd sophocleũ fac opus appareat. Sel. sibi sum pãgis ⁊c. Itẽ cano vl narro ⁊
manifesto. vt Pãge lingua gloriosi preliũ certaminis. Quedã cõposita retinẽt a: vt
depango. i. defigo: in terrã pono. Colu. Posses in fine vincti cacumina ficoꝝ pyrꝝ
ve depangere. Circũpango: circũiungo. Oppãgo cõtra pango. Repãgo rursus pã
go hinc repages. is. ⁊ repagulũ. i. obstaculũ. Plura mutant a in i: vt cõpingo cõpe
gi compactũ. i. cõpono, cõiungo. Impingo impello suppigo suppono vel subaffi-
go: vt suppingo calceos vel suppigo calceis coriũ. Hinc suppactor q calceos suffra
ctos reficit aut instaurat. ¶ Lego legi lectũ. Lego librum notum est significat eti-
am colligo. Ver. Qui legitis flores ⁊ humi nascentia fraga. Frigidus o pueri fu-
gite hinc latet anguis in herba. Et nauigo vel nauigando pretereo. Idẽ litoraq;
Epiri legimus. Et eligo. Idem, Ipse ego cana legã tenera lanugine mala. ⁊ surripio

Ringo.
Tango
* Tago apud veteres in vsu fuit.
* Marti. hoc retrasticho diuersas huius verbi significationes expressit. Semp agis causas ⁊ res agis at tale semp. Et non est qd agas at tale semp agis.
Cogo.
Frango
Pango.
Pago
* Lucan. in. v. fortune quod te nra impegit arenis
Lego.

Intellego° hinc sacrilegus qui sacra furatur. Quedam cõposita retinẽt e: vt perlego vel pelle
veteres di go totũ lego. Lactan. Si quis legerit: pellegat. sic relego: translego: sublego penul
cebant. tima correpta. Pleraq; mutãt e in i breuem. vt negligo. i. obliuiscor ⁊ nõ curo. Ci-
ce. Negligere quid de se quisq; sentiat nõ solũ arrogantis est: sed etiã omnino disso-
luti. Habuit olim neglegi. Aemilius Macer. Olim nostrũ neglegerit authoritatẽ.
nũc solum habet neglexi in preterito: vt intelligo intellexi: diligo dilexi. Intelligo
scio ⁊ cognosco: vt vetustiores neglego ⁊ intellego cum e: vt perlego dicebant. velu
Pungo. ti Politianus notauit. Colligo congrego: deligo eligo diligo. Cice. Deligere opor-
Repingo tet quem velis diligere. Seligo sepono ⁊ separo. ¶ Pungo pupugi vel punxi pun
Repugi. ctum. i. stimulo ⁊ morsum vel aculeum iungo. Varro. Admota aspis cum pupuge
Cõpungo rit si nõ occidat: sciat ex psillorũ esse stirpe. Hiero. ad Marcellã. Nudiustertius de
beate memorie. Lea aliqua dixeramus: ilico pupugit animũ simplex pungo sepi°
habet pupugi: pro quo teste Gel. veteres dixere per secundã vocalẽ in prima sylla-
